<36618510110016

Urkundenbuch

zum

zweiten Band

der

Hessischen Landesgeschichte.



Urkundenbuch.

I.

K. Karl der Grose schenkt dem Kloster Hersfeld einige Zehnten und Güther in den Thüringischen Dörfern Zimmern, Bodungen und Häseler. den 25. Oct. 770.

Carolus &c. * Quapropter notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad Monasterium *Herolsfeld*, ubi *Lullus* Episcopalis abbas præesse videtur, quod est in honore beatorum Apostolorum Simonis & Taddæi super fluvium *Fuldam* in vasta *Buchonia* constructum, hoc est illam decimam de terra & pratis ex villa nostra, cujus vocabulum est *Cimbero* **, in *Pago Thuringie*, quantumcunque ad predictam villam pertinet, sicut diximus illam decimam de terra & pratis sive aquis ad jam dictum locum tradimus. Similiter & in alia villa, cujus vocabulum est *Botbaba* ***, quantumcunque ad predictam villam pertinet, sic diximus de illa decima de terra & silua & pratis. Similiter & in tertia villa, cujus vocabulum est *Hasalaba* ****, illam decimam de terra & silua & pratis sive aquis. Propterea hanc preceptionem autoritatis nostre conscribi jussimus, ut ab hac die tam memoratus Lullus Episcopus, quam sui Successores, qui fuerint Rectores ejusdem sancti loci, ipsas decimas de terra & siluis, pratis vel aquis desuper scriptis Curtibus —— ad opus jam dicte Ecclesie habeant, teneant atque possideant. Quicquid exinde ad profectum ejusdem Sancti loci facere elegerint, liberum potiantur arbitrium, & nullus prorsus de fidelibus nostris, aut de judiciaria potestate, vel quæcunque persona, predictum Episcopum inquietare, aut contra rationis ordinem jam dicto loco calumniam generare aliquando presumat, sed hoc

* Der Copist hat hier den Titul und die Eingangsformeln ausgelassen.

** Es findet sich ein Dorf Zimmern unter Langensalza, zwei andre dieses Namens im Erfurtischen Gebiet, und auch eines im Gothaischen.

*** Bodungen, im Schwarzburgischen Amt Keula an der Bode, oder, wenn man lieber will, Böthen, jezo nur ein Vorwerk, aber vormals ein Dorf, im Gothaischen Amt Volkenrod.

**** Hasel, bei Rudolstadt, wo drei Dörfer diesen Namen führen.

hoc nostre auctoritatis atque confirmationis donum jure valeant possidere, quatenus melius delectet ipsos servos Dei, qui ibi ei deseruire videntur, pro nostra & filiorum nostrorum procerumque regni salute Domini misericordiam attentius exorare. Et ut hæc auctoritas firmior sit, manus nostre subscriptionibus sub his eam decreuimus roborare, vel de annulo nostro jussimus sigillare.

Wigbalt ad vicem *Lugberi* * recognovi. Data VIII. Cal. Nov. Indict. VIII. & *Secundo* anno Regni nostri.

Actum *Duria* Palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen. **

II.

Pabst Stephanus III. ertheilt dem Kloster Hersfeld das Privilegium der Exemtion, der freien Abtswahl, und andrer Rechte. den 27. Oct. 774.

Stephanus Episcopus servus servorum Dei. Quoniam semper concedenda sunt quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut devotio conditoris piæ constructionis oraculis in privilegiis præstandis minime denegetur. Habito quidem Synodali concilio & convenientibus multis Coepiscopis nostris Romæ in Ecclesia beati Petri, Principis Apostolorum, Anno VI°. regnante Carolo gloriosissimo Rege Francorum & Longobardorum ac Patricio Romanorum, Vir vitæ venerabilis *Lullus* Archiepiscopus Moguntinæ Ecclesiæ postulavit a nobis, quatenus illud Monasterium, quod ipse exstruxit consilio & consensu Domini *Caroli* Regis, in honorem beatorum Apostolorum Simonis & Taddæi, in *Pago Hassorum*, secus Fuldam, *Herolfesfeld* nomine, privilegiis Apostolicæ Sedis nostræ autoritate donaretur, ut nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus omnino submittatur. Pro qua re piis desideriis faventes hac nostra autoritate id quod exposuerunt effectui mancipamus, & ideo omnem cujuslibet Ecclesiæ sacerdotem in præfato monasterio ditionem quamlibet habere vel desiderare firmiter prohibemus, & prohibendo Apostolica censura interdicimus, ut, nisi ab Abbate fuerit invitatus & rogatus, nec missarum solemnia celebrare, nec quicquam novi præsumat ibidem temere

* Vermuthlich eher Hitherii, als des damaligen Groskanzlers.

** Ein Hersfeldischer Urkundenextract meldet unterm folgenden Jahr 772: Carolus M. Abbatiæ Hersfeldensi contribuit Capellam *Altstetti*, una cum Capellis & *Osterhuse* & *Ridstetti*, decimisque *Frisoneveldæ* & *Hassegæ*. — Die Lage dieser Orte und Gauen wird unten Beil. XXV. näher erklärt. Es kommt diese Schenkung überhaupt, nachdem die Aebte von Hersfeld darüber mit den Bischöfen von Halberstadt in Streit gerathen, in den folgenden Bestätigungsbriefen der Kaiser und Päbste häufig vor, z. B. Beil. XVI. XVII. not. XXXIII. not., bis endlich der Streit gerichtlich entschieden worden. S. Beil. LV-LVII.

temere statuere aut ordinare. Illic quoque sacræ congregationi Domino servienti integram & liberam potestatem atque plenam securitatem concedimus, variante rerum statu & mutata sorte Abbatum eligendi inter fratres ejusdem Monasterii quemcunque voluerint in Abbatem sibi, si dignus inter eos reperiri poterit, aut ubicunque eis visum fuerit. Hoc quoque omnimodis interdicimus atque sub anathematis interpositione per obtestationem omnium Sanctorum sub divino judicio interminamur, ne qua persona magna vel parva de prædiis & possessionibus & cunctis ad illud Monasterium pertinentibus collatis ibi vel conferendis a quocunque genere hominum, Regibus aut Ducibus, aut cujuscunque dignitatis honoribus, nec audeat nec præsumat involare aut pro beneficio dare, nec inde auferre, vel quovis modo alienare, quatenus idem venerabilis locus hac Apostolici privilegii donatione in perpetuum maneat decoratus. Si quis autem hæc nostra sancita atque statuta nefaria præsumtione rescindere voluerit, æterna damnatione cum Diabolo & Juda traditore detestatum & æternis suppliciis se noverit deputatum.

Hæc scriptio facta a *Benedicto*, Cancellario *Stephani* Summi Pontificis III. Papae, sub die VI. Calend. Novembr. Anno Domini 774.

III.

K. Karl nimmt das Kloster Hersfeld in seinen Schutz, und ertheilt ihm verschiedne Privilegien.

wahrscheinlich 777.

Carolus Dei gratia Rex Francorum, Longobardorum, ac Patricius Romanorum. Notum esse volumus Principibus, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus nostris omnibus, Franciæ, Longobardiæ, Teutoniæ, quod vir venerabilis *Lullus*, Moguntiæ Episcopus Ecclesiæ, Synodum nostrum in *Maresiaco* adiens, cœnobium *Herolfesfeld*, quod in proprietate sua construxerat in honorem Sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ, nobis tradidit, ut sub nostra nostrorumque Successorum tuitione semper esset, supplicavit; Unde, sicuti ipse a nobis petivit, ipsum monasteriolum seu cœnobium mere propter Deum ad nostram seu Successorum nostrorum perpetuam præsentibus recipimus protectionem, ipsumque eximimus & liberamus, nec non præcipiendo mandamus & atrocissime interdicimus, ut nullus extraneus homo alicui de dicta sacra Dei casa vel consugienti, seu intersugienti in illam causa iræ vel metus, in ipso sacro vim vel violentiam loco in antea inferre præsumat, nec ullus Episcoporum vel Archidiaconorum ipsorum in Monachos ad ipsam sacram Dei casam pertinentes per legem Canonicam contingere præsumat, nullus quoque Successorum nostrorum, vel Episcoporum, vel ulla judiciaria potestas, licentiam habeat hoc privilegium irrumpere, sed sub nostra & nostrorum Successorum tuitione apprime institutis perpetuo sit, neque in antea Episcopus, neque missus ab eo, neque Comes, neque Princeps, neque judex publicus, neque

missi nostri discernentes, neque quis magna parvave persona, de villis vel rebus eorum ni a se, ni a suis, præparare vel ullum impedimentum in ipsa sacra casa vel vim alicui facere presumat. Propria autoritate licentiam habeant eligendi Abbatem secundum canones & regulam Sti Benedicti, ordinationes vero facere & tales benedicere absque immiselis dicti Episcopi de Moguntia. Si discordant in monasterio & concordationem nostram petunt, ad Synodum nostrum vergant. Hanc cartam libertatis dedimus ipsi Lulloni & in perpetuum omnibus Abbatibus cœnobii antedicti privilegialem, & suis monachis, ob reverentiam Apostolorum & pure propter Deum, perpetuo duraturam, quod conscribi jussimus, & annulo nostro propria manu signavimus in perpetuam firmitatem super eo, ut liberius Deo valeant pro nobis supplicando famulari, quod præcipimus sub fidelitatis homagio regiminis nostri ab omnibus quietissime in perpetuum observari.

Signum *Caroli* gloriosissimi Regis.

Ego *Wigibaldus* ad vicem *Radonis* recognovi.

Dat. *Canstato*, anno nostro *quarto*, in Domino feliciter. Amen.

Aliud communitatem infra Synodorum nostrorum solemnia communia proceribus nostri regni publicare præcipimus, & supra ipsam firmissime observari. Anno Domini 772. *

IV.

K. Karl der Grose schenkt der Abtei Hersfeld einige Zehnten und Güther in benannten Thüringischen Dörfern, den 13. März 778.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus fidelibus nostris tam præsentibus quam futuris. Quod quædam locis venerabilibus ob amorem Dni & oportunitatem servorum Dei benevola deliberatione concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum & stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Quapropter donamus ad monasterium *Herolfesfeld*, quod est in honore beatorum Apostolorum Simonis & Taddæi in vasta solitu-

* Das Jahr selbst stimmt mit dem vorhergehenden anno quarto Regni vollkommen überein: aber was soll alsdenn der Titul Rex Longobardorum, den K. Karl vor dem J. 774. nicht führte, und auch nicht führen konnte, weil er erst in diesem Jahr dem Longobardischen Reich ein Ende machte? Was soll der Patricius Romanorum, der Karln im J. 772. noch nicht ertheilt war? Eben so wenig kommt Rado vor dem J. 777. als Groskanzler vor. Es muß also diese Urkunde nothwendig später fallen, und ich vermuthe vielleicht nicht ohne Grund, daß vor dem quarto die Worte nono & ausgelassen worden, so daß diese, wie in andern Urkunden K. Karls gewöhnlich ist, auf die Jahre seiner Fränkischen, und jenes auf die Jahre der Longobardischen Regierung, gehen, und der Copist in der Nachschrift, statt 777, durch einen leichten Irrthum, 772 gelesen. Kenner wissen, wie viel Critic bei den bisher bekannt gewordnen Urkunden K. Karls des Grosen überhaupt nöthig ist.

solitudine *Buchoniæ* constructum, quod vir venerabilis *Lullus* Episcopus in regimine habere videtur, hoc est Ecclesiam nostram quæ est constructa in fisco nostro *Lupentia* * in honorem S. Petri, cum omni integritate vel adiacentiis seu appenditiis suis, sicut moderno tempore eam *Lullus* Episcopus in nostro beneficio habere dignoscitur. Etiam illam decimam de ipso fisco Lupentiæ de terra & silva ad ipsum sacrum locum tradimus ad possidendum. Similiter illam medietatem, quam nos de villa *Wolfduzze* ** ad nostram opus habemus, illam decimam de terra & silva ad jam sacrum locum dictum concedimus. Etiam de villa, cujus vocabulum est *Hohheim* ***, illam medietatem ad præfatum sacrum locum indultum esse volumus, & de illa medietate de villa ipsa illam decimam ad ipsum sacrum locum tradimus ad possidendum perpetualiter. Propterea hanc præceptionem autoritatis nostræ conscribere jussimus, ut ab hac die tam memoratus Lullus Episcopus, quam sui successores, qui fuerint rectores ejusdem sacri loci, prædictam Ecclesiam S. Petri cum omnibus rebus ad se pertinentibus vel aspicientibus, una cum illis decimis de fisco nostro superius nominato, ad opus jam dictæ Ecclesiæ habeant, teneant atque possideant, & quicquid exinde facere elegerint libero perfruantur arbitrio, & nullus quilibet ex fidelibus nostris prædicto Lullo Episcopo, neque junioribus aut successoribus suis, de supra scripta Ecclesia vel decimis inquietare, aut contra rationis ordinem calumniam generare quoquo tempore præsumat, sed hoc nostræ autoritatis atque confirmationis donum jure valeant possidere firmissimo, quatenus melius delectet ipsos servos Dei, qui ibidem Deo deservire videntur, pro nobis vel pro regni nostri stabilitate Domini misericordiam jugiter exorare. Et ut hæc autoritas firmior sit, manus nostræ signaculis subter eam decrevimus roborare, vel de annulo nostro jussimus sigillare.

Rado relegi eam.

Data III. Id. Mart. Ind. XI. & V.to regni nostri anno.

Actum *Heristallio* Palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

V.

K. Karl schenkt dem Kloster Hersfeld einige Güther in Niederaula. den 24. Sept. 778.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Si justis petitionibus sacerdotum vel servorum Dei libenti animo obaudimus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine proficere confidimus. Ideoque notum sit omnium fidelium

* Luppnitz, im Herzogthum Eisenach.

** Vielleicht das Gothaische Dorf Wölfis, bei Ordruf.

*** Das Gothaische Dorf Hochheim, zwischen Gotha und Langensalza: aber auch Gros-Vargul an der Unstrut hies ursprünglich Hochheim, nach dem Zeugnis des Eberhard. Mon. ap. Schann. Trad. Fuld. p. 289. n. 8: villa Fargalaha, quæ prius *Hocheim* vocabatur.

fidelium nostrorum magnitudini, qualiter nos propter nomen Domini & anime nostre salutem donamus ad monasterium sanctorum Apostolorum Symonis atque Tathei, quod est situm super fluvium *Fuldam*, in *Pago Hassorum*, ubi venerabilis vir *Lullus* Episcopus rector preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volumus, mansum scilicet dominicatum in loco qui dicitur *Orlaho*, ubi ipse fluvius confluit in Fuldam *, quem *Huwart* filius *Gerhardi* tenuit, infra silvam *Buchoniam*, & in circuitu ipsius mansi in unamquamque partem de silua leugas duas, ea ratione, ut ab hac die pars ipsius monasterii de predicto manso & silua quicquid elegerint faciendum ab hodierno die libero in omnibus perfruantur arbitrio, quatenus nostris & futuris temporibus Domino adiuuante ad ipsum sanctum locum proficiat in augmentis, & ut melius delectet ipsam congregationem pro nobis uxoreque nostra & prole etiam Domini misericordiam attentius exorare. Et ut hec preceptio firmior habeatur, vel diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria subter eam decreuimus roborare.

Wigbaldt ad vicem *Radonis* recognovi. Data VIII. Kal. Octobr. Anno XI. & V. Regni nostri. **

Actum *Heristallio* palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.

VI.

K. Karl der Grose schenkt dem Kloster Hersfeld die Zehnten im Nordthüringischen Hassegau. den 8. März 780. ***

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus fidelibus nostris presentibus & futuris. Quicquid enim locis venerabilibus ob amorem Domini & oportu-

* Das Flüßgen Aule fließt bei dem Dorf Niederaula in die Fuld.

** K. Karl trat mit dem Monatsdatum dieser Urkunde, nemlich dem 24. Sept., als dem Sterbtag seines Vaters, das eilfte Jahr seiner Fränkischen Regierung an, und in eben diese Zeit fällt das fünfte Jahr seiner Longobardischen. Mabillon de re Diplom. L. VI. p. 500 sezt daher eine im October gegebene, und mit eben den Regierungsjahren bezeichnete, Urkunde dieses Kaisers gleichfalls ins J. 778, da sonst andre, vor dem 24. Sept. ausgestellte, An. X. Regni führen.

*** Die gegenwärtige Urkunde ist vorzüglich übel stylisirt, und nach einem Brief Joh. Herm. Schminks an den berühmten Abt Schannat, worin er von dieser und zweien andern der Abtei Hersfeld von K. Karl dem Grosen ertheilten Urkunden Nachricht giebt, und den dessen Hr. Sohn der ersten Sammlung seiner Monimentor Hass. n. V. vordrucken lassen, müssen

oportunitatem servorum Dei juste viuentibus condonamus, regiam consuetudinem exercemus, & hoc nobis ad remedium anime nostre vel stabilitatem regni in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum sit vobis eo quod tale beneficium circa Monasterium, quod est situm in honore sanctorum Apostolorum Simonis & Taddei, querd vocatur *Herolfesfeld* *, decima de *Hassega* de Comitiis, quas *Albericus* & *Marquardus* nostro tempore tenere visi sunt, quicquid in eorum - - - - - hominibus exactaverint, id est jam dicta decima, ut ad Monasterium Herolvesveld, ubi *Lullus* Episcopus rector adesse videtur, vel monachis ibidem Deo servientibus, per tempora proficere debeat in augmentis. Propterea hanc preceptionem autoritate nostra conscribere jussimus, per quam vobis signamus, ut nullus de vobis, neque de judiciaria potestate, prefato *Lolloni* Episcopo, vel qui fuerint per tempora rectores ipsius cellulæ, calumniam vel contrarietatem quoque tempore facere non presumatis, sed, ut diximus, illa decjma de *Hassega*, quae de illorum duorum Comitiis Comites nostri exactitaverint, ut diximus, pro mercede nostra ad jam fatam cellam vel monachis ibidem Deo servientibus, seu rectoribus eius qui per tempora erunt futuri, proficiat in augmentis. Et ut hec auctoritas firmior habeatur, vel diuturnis temporibus melius conservetur, annuli nostri impressionem subterposuimus.

Et ego *Guntharius* ad vicem *Radonis* recognovi. Data VIII. Id. Mart. - - - Anno XII. & sexto Regni nostri.

Actum *Vurmacia* civitate publica in Dei nomine feliciter. Amen.

VII.

müssen auch die Schriftzüge des Originals nicht deutlicher seyn: intricata eius est scriptura. Eben daher mag es kommen, daß verschiedne Abschriften, die ich von dieser Urkunde in Händen habe, in den Lesarten nicht überall übereinstimmen, wenn sie schon den Sinn nicht ändern, und daß sich aus der gegenwärtigen, im Fall sie vollkommen richtig ist, verschiedne Anstände, die sich jener Gelehrte bei seinen Lesarten machte, von selbst heben. Eine andre l. c. von dem Datum des Orts hergenommene Bedenklichkeit, Vurmacia *civitate publica*, da es sonst in den Urkunden dieses Kaisers gewöhnlich *palatio nostro* heiße, kann gegen die Aechtheit dieser Urkunde keinen Verdacht erwecken: dann es werden auch andre Urkunden dieses Zeitalters auf ähnliche Art datirt, z. B. eine vom J. 791. in Schann. Trad. Fuld. n. 95: Act. in Strazburga *civitate publica*, andre vom J. 800 und 804. sogar Act. *vico publico*, ibid. n. 140. 189. 190. oder *villa publica* n. 180. Auf die vierte l. c. an den Abt Schannat gethane Anfrage, ob unter dem hier vorkommenden Hessiga unser Vaterländischer, oder ein Sächsischer Gau zu verstehn sei, kann ich entscheidend antworten, daß von dem Nordthüringischen, oder Sächsischen, Hessengau die Rede sei, wie aus Beil. XXV. LV-LVII. weiter erhellen wird. Uebrigens sagt Schmink von dem Siegel: Sigillum, licet nonnihil attritum, examussim cum Mabillonii ectypis conspirat, & barbam, mentum & buccas leviter obumbrat.

* Schmink liest: Idcirco notum sit vobis, eo quod nos *eidem* beneficium circa monasteriolum, quod est situm in honore SS. Apostolorum - - *qui* vocatur *Erulvisfeld*.

VII.

K. Karl schenkt mehrere ihm von dem Mainzischen Erzbischof Lullus abgetretene Güther an das St. Petersstift zu Frizlar, die Kirche zu Mardorf, in dem heutigen Hess. Amt Homberg, ausgenommen. den 4. Jul. 782.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid enim locis venerabilium Sanctorum concedimus & confirmamus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem Regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Notum sit igitur omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, domesticis vel reliquis fidelibus nostris præsentibus atque futuris, quia venerabilis *Lullus*, Moguntiacensis urbis Archiepiscopus, res aliquas infra *Regnum Austrasiorum* legitimo ordine visus fuit conquisisse in ministerio *Rabanone*, & *Swigario* vel *Agilgando*, & ipsas res nobis non coactus, sed spontanea voluntate per cartulam donationis, Curtibus nostris visus est delegasse atque in omnibus tradidisse, nos autem in postmodum tractantes divinam misericordiam de animæ nostræ salute præfatas res ad Ecclesiam, quam ipse Archiepiscopus nobis condonavit, cujus vocabulum est *Frideslar*, in honore beatorum Apostolorum principis Petri quæ est constructa, pro mercedis nostræ augmento vel stabilitate regni nostri visi fuimus condonasse atque in omnibus concessisse, id est in *Pago Austrasiorum* per diversa loca, quantumcunque in ministerio *Rabanone* & *Swigario* vel *Agilgando* exinde adesse videtur, ad præfatam Ecclesiam tradimus perpetualiter ad possidendum cum terris, Ecclesiis, cum eorum ornamentis, auro scilicet & argento, vel aliis speciebus, codicibus, domibus, ædificiis, mancipiis, accolis, vineis, silvis, campis, pratis, aquis, aquarumve decursibus & incursibus, mobilibus & immobilibus, gregibus cum pastoribus, quicquid dici aut nominari potest, totum & ad integrum, ipsas res sicut superius intimavimus, quas venerabilis vir *Lullus* Archiepiscopus infra ista ministeria inserta superius nobis visus fuit condonasse, ad eundem sanctum locum donamus, tradimus, atque in omnibus indultum esse volumus, excepta ecclesia una in villa quæ vocatur *Mardorff*, quam antea habuit, nobis condonavit; insuper vero de rebus subscriptis volumus, ut Abbas præfatæ Ecclesiæ habeat, teneat atque possideat, ut nostris & futuris temporibus ad ipsum sacrum locum proficiant in augmentis, quatenus melius delectet ipsam congregationem pro nobis, uxoreque nostra & filiis nostris Dei misericordiam attentius exorare. Et ut hæc traditio atque confirmatio nostris & futuris temporibus firmior sit, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Rado relegi eam.

Data IV. Non. Jul. Anno XIV. & VIII. Regni nostri.

Actum *Daria* in Dei nomine feliciter. Amen.

VIII.

VIII.

K. Karl schenkt dem Kloster Hersfeld einige Kirchen und Leibeigenen im Wormsgau, der Wetterau, Lohngau und Buchonien. den 28. Jul. 782.

Carolus Dei gratia Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid enim locis venerabilibus ob amorem Dni & oportunitatem servorum Dei benevola deliberatione concedimus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur compertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad monasterium nostrum in *Herolfesfeld*, quod est constructum in honorem beatorum Apostolorum Simonis & Taddæi aliorumque sanctorum in vasta *Buchonia* super fluvium *Fuldam*, quod venerabilis *Lullus* Archiepiscopus novo construxit opere, & nobis ante hos dies per cartam traditionis visus est delegasse, donatumque in perpetuum esse volumus Ecclesiam illam infra fiscum nostrum *Scornesheim*, quam *Lioba* per nostrum beneficium visa est tenuisse cum omni integritate & soliditate sua, cum rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & dum ipsa Lioba advixerit per nostrum vestrumque beneficium ipsam Ecclesiam debeat habere. Similiter donamus ad idem monasterium in Pago *Wetrabense* in loco qui dicitur *Houngun*, sicut *Heimericus* per nostrum beneficium ibidem tenuit. In tertio vero loco in Pago *Logonense* hominem unum, quem *Rabbertus* habuit in villa quæ vocatur *Bereziezun* cum mansis duobus, sicut nostro tempore possidere videtur. In quarto quidem loco homines duos his nominibus, *Bozoldo* & germano suo *Rudolfo*, commanentes in silva *Buchonia* super fluviolo *Geisaha*. Hæc autem omnia una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici aut nominari potest, totum & ad integrum sicut superius est comprehensum, ad præfatum monasterium a die præsenti tradimus perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die Abbas prædicti Monasterii supra scriptas res habeat, teneat atque possideat. Vel quicquid exinde rectores ipsius monasterii pro oportunitate loci eorum facere elegerint, libero perfruantur arbitrio, & a nullo fidelium aut Successorum nostrorum ullo unquam tempore calumniam habere pertimescant, quatenus melius delectet ipsam congregationem pro nobis uxoreque nostra & filiis nostris Dni misericordiam attentius exorare. Et ut hæc traditio atque autoritas nostris & futuris temporibus firmiorem obtineat vigorem, manu propria subter eam decrevimus roborare.

Wigbald ad vicem *Radonis* recognovi.

Data V. Cal. Aug. Anno XIV. & VIII. regni nostri.

Actum *Herolfesfeld* monasterio in silva Buchonia constructo in nomine Domini. Amen.

IX.

K. Karl der Grose schenkt der Abtei Hersfeld das Dorf Otterau, in dem Casselischen Amt Neukirchen, samt dem Patronat und Zehnten, dessen Grenzen beschrieben werden.

den 31. Aug. 782.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini & industrie futurorum, qualiter nos propter nomen Domini & anime nostre remedium donamus ad monasterium *Hersveldense*, quod constructum est a *Lullone* familiare nostro in vasta *Buchonia* in honorem Apostolorum Simonis & Taddei, villam unam nomine *Ottraha* cum omni integritate, terris, domibus, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus. Etiam indultam esse volumus matrem ecclesiam in eadem villa eidem monasterio prefato cum tali decima, a loco qui dicitur *Siggenbrucca* usque in *Steinnaha* & inde usque ad *Wilzesberg*, sic per devexitatem montis usque ad *Hunengesrot*, inde ad *Salzesberg* usque in flumen *Beysaha*, ibi vadato flumine usque in *Fuldam*, inde sursum in *Lazaha*, in *Suarlaha*, inde deorsum in *Leimenbrunnun* & in *Ypha*, sic deorsum in *Sualmanaha*, inde per obliquum ad pontem *Screggesbahe*, inde in *Holunbahe* & *Diethwinesrodt*, inde sursum in *Wipsingestein* & *Salmanneshusun*, inde deorsum ad predictum flumen *Sualmanaha*, inde iterum ad *Siggenbruccun*. Et ut hec nostra traditio omni tempore maneat firma, annulo nostro insigniri eam jussimus.

Data II. Cal. Sept. Indict. VIII. Anno Domini 782, anno XIV. Regni nostri, in *Inglinheim* in palatio nostro publico.

X.

K. Karl der Grose schenkt der Abtei Hersfeld die Kirche zu Grebenau, im Hessischen Amt Melsungen, mit Zehnten und allem Zugehör, dessen Grenzen beschrieben werden.

den 31. Aug. 786. *

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid locis sanctorum venerabilium ob amorem Domini & oportunitatem servorum Dei concedimus vel confir-

* Ohne Zweifel ist dieses die Urkunde, von welcher der ältere Schmink in dem in der Anmerkung zu der vorhergehenden Beil. VI. gedachten Brief an den Abt Schannat redet. Er zweifelt an ihrer Aechtheit, primo intuitu fraus suboluit; sie sei kaum in der Gröse eines halben

confirmamus, hoc nobis ad remedium animæ nostræ vel stabilitatem Regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum sit magnitudini omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum, qualiter ad Monasterium *Herolvesfeld* super ripam fluminis *Fuldæ* in honorem beatorum Apostolorum Simonis & Taddæi constructum, rogatu *Lulli* Maguntiacensis Archiepiscopi, instructoris eiusdem loci, donamus nos Ecclesiam in *Grabanowa* a *Lullo* Episcopo constructam, cum omni integritate, id est decimatione, terris, domibus, ædificiis, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis, seu cum omnibus quæ dici vel nominari possunt utilitatibus, a loco qui dicitur *Suuerzelwerde* usque *Dakenbrunnun*, & inde ad *Medelbereshusen*, & sic per *Niudenbahe* usque *Humbenrot*, & contra *Bucbenenwert* usque ad flumen *Fuldæ*, indeque sursum per ejusdem fluminis alveum

halben Blatts, und sei nicht, wie eine andre von gleichem Datum, mit der diplomatischen, sondern mit der gemeinen Bücherschrift geschrieben; auch komme das Siegel mit manchen andern dieses Kaisers weder in der äusern noch innern Form überein. Diese Kennzeichen reichen allein noch lange nicht hin, die Urkunde für untergeschoben zu erklären: er führt aber auch noch einige andre von dem Inhalt hergenommene an, die ihm Verdacht erwekten: Præterea in diplomate dicitur, quod Carolus M. *rogatu Lulli Maguncienſis Archiepiscopi instructoris eiusdem loci - - Bunoni Abbati eiusdem loci* concedat. Hieraus nimmt er drei Einwürfe her. Erstlich werde in zweien andern Herskeldischen von eben dem Kaiser ertheilten Urkunden Lullo, Lullonis inflectirt, hier aber Lulli. Es kommt hier lediglich darauf an, ob man im Nominativ Lullus oder Lullo braucht; im erstern Fall muß natürlicherweise der Genitiv Lulli seyn, und in dieser Inflexion findet man auch den Namen beinah durchaus, wie schon aus den vorhergehenden Beil. I-VIII., wie auch den folgenden Beil. XI. XII., und noch weiter aus den vielen in Mabillonii elogio S. Lulli ap. Joann. SS. Mogunt. T. II. p. 38 &c. angeführten Stellen der Alten erhellt; dieser Erzbischof schreibt sich auch in einer eignen Urkunde nicht anders. Schann. Trad Fuld. p. 36. n. 70. *Lullo*, *Lullonis* ist also vielmehr die Ausnahme, noch dazu seltne Ausnahme, *Lullus*, *Lulli* aber die Regul, und da nicht alle Urkunden eines Kaisers, auch selbst die zu gleicher Zeit ausgestellten nicht, gerade einerlei Concipienten hatten, so läßt sich eine solche Verschiedenheit leicht erklären. Den andern Einwurf, non additur mentio sedis moguntinæ, verstehe ich nicht, da Lullus in der Urkunde, nach Schminks eignem Extract, Maguncienſis Archiepiscopus genennt wird. Was endlich drittens eingewendet wird, daß Erzb. Lullus im J. 786 gestorben, und Buno vor dem J. 798 nicht zur Abtswürde zu Hersfeld gelangt sei, habe ich schon im Text der Geschichte erläutert, und steht der Aechtheit der Urkunde eben so wenig im Wege, deren Gegenstand ausserdem von keiner so grosen Erheblichkeit war, daß er irgend einen Abt einer ohnehin so reichen Stiftung zu diesem Betrug sonderlich hätte reizen können. Es wäre also bei diesen Umständen zu wünschen, daß Schmink sein damaliges Vorhaben, einen Theil dieser Urkunde in Kupfer stechen zu lassen, ausgeführt hätte, um vielleicht aus den Schriftzügen selbst noch nähere Entscheidungsgründe hernehmen zu können.

veum usque ad *Steinenerucc*, & inde in *Breidenbach*, & sic sursum usque in *Watdenbach*, sicque deorsum in *Milzasa*, & in *Massenbrunnun*, deinde in *Crepelessorc*, & sic super *Rodenhart*, & inde deorsum per silvaticam viam usque *Snuerzelswerden*. Propterea hanc præceptionem autoritatis nostræ conscribi jussimus, ut nullus de judiciaria potestate *Bunoni* Abbati ejusdem loci, vel Successoribus ejus, calumniam & contrarietatem quoque tempore facere præsumat. Et ut hæc autoritas firmior habeatur, sigilli nostri impressione confirmari jussimus.

Wigbaldus ad vicem *Radonis* recognovi.

Data II. Cal. Sept. Indict. VII. Anno XVIII. & XIII. Regni nostri.

Actum *Vormatia* Palatio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.

XI.

K. Karl der Grose schenkt der Abtei Hersfeld das Dorf Dorndorf an der Werra, im Eisenachischen Amt Tiefenort, den 30. Nov. 786.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid enim locis sanctorum venerabilium ob amorem Domini concedimus vel confirmamus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem Regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, presentium scilicet ac futurorum, qualiter nos propter nomen Domini & anime nostre remedium donamus ad Monasterium, quod *Lullus* Archiepiscopus infra *Buchoniam* visus est ædificasse in honore beatorum Apostolorum Simonis & Taddei in loco qui dicitur *Herolfesfeld*, donatumque perpetuo esse volumus villam quæ vocatur *Thorandorff* super fluvium *Virrabe* cum omni integritate, id est terris, domibus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, a loco qui dicitur *Batbalacha* * per medium gurgitem *Virrabe* usque ad locum qui ab incolis vocatur *Vuibingesbonmgarto*, & inde per plateam que dicitur *Hohstraza* usque ad paludem que vocatur *Widinsio*, sicque iterum per popularem plateam ad vallem qui dicitur *Habnehedal*, ibique pervadato flumine ad tumulos qui vocantur *Hagenhoige*, & inde ad vallem qui dicitur *Labbirindal*, sicque per devexitatem nemoris, sicut antiqua signa docent, usque trans fluviolum *Feldaha* **, indeque per silvulam in *Selegilbahe*, sicque juxta locum qui dicitur *Steinenfeld* circa montes qui vocantur *Obsinenberg* *** iterum ad *Badelaho*, totum & integrum, sicut in nostra potestate habere videbatur, ad

* Badelach, im Hessischen Amt Vach.

** Die Felda, die, bei Lengsfeld vorbei, neben Dornborf in die Werra fliest.

*** Oehsenberg, oder Oechsenberg unweit Vach, zwischen den Dörfern Sünne und Völkershausen.

ad ipsum sacrum locum, ut diximus, libenti animo concedimus. Propterea hoc preceptum donationis nostre fieri jussimus, ut nullus presenti & futuro tempore Abbati illius loci, & monachis ibidem consistentibus, in supra scriptis rebus inquietudinem audeat generare, sed in elemosinam nostram ipsis omni tempore proficiant in augmentis, quatenus illos melius delectet pro nobis Domini misericordiam attentius deprecari. Et ut hec auctoritas firmior habeatur ac per tempora melius conservetur, manu propria subtus eam firmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus.

Wigbaldus ad vicem *Radonis* recognovi. Data II. Cal. Dec. Indict. VII. Anno XVIII. & XIII. Regni. *

Actum *Vormacia* Palatio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.

XII.

Verzeichnis der an die Abtei Hersfeld zur Zeit ihres ersten Abts und Stifters, des Mainzischen Erzbischofs Lullus, und bald hernach, gekommenen Güther und Rechte. **

Breviarium Sancti Lulli.

Breve compendium de illis rebus quæ pertinent ad monasterium quod dicitur *Herolfesfeld*, quod construxit Sanctus *Lullus* Archiepiscopus Moguntinus in *marca Hassorum* in *Buchonia*, in ripa fluminis

* Die Indiction, die vielmehr IX. seyn müßte, stimmt mit den angegebenen Regierungsjahren nicht überein, wie in alten Urkunden gar häufig der Fall ist, ohne daß sich daraus allein ein Beweis gegen ihre Aechtheit hernehmen läßt. Eben dieses gilt von der vorhergehenden und einigen folgenden Urkunden.

** Das gegenwärtige Hersfeldische Güthervezeichnis hat zwei Hauptabschnitte, erstlich solche Güther, die das Kloster zur Zeit seines Stifters und ersten Abts, des Erzbischof Lullus, erworben, und dann wieder andre, die ihm bald nach dessen im J. 786. erfolgten Tod zu Theil worden. Jener begreift zweierlei Arten von Güthern, entweder solche, die ihm von der Freigebigkeit Karls des Grosen, oder solche, die ihm von Privatpersonen zugeflossen; jede wird besonders angegeben. Diese zusammen übergabe Lullus, nach einer damals üblichen Politik, die ich in der Geschichte weiter erläutert habe, dem Kaiser, und ließ sie ihn von neuem dem Kloster schenken. Bei dieser Gelegenheit wurde ohne Zweifel ein Verzeichnis jener Güther aufgesezt, das hernach bei dem gegenwärtigen Aufsatz gebraucht, und mit denen nach des Lullus Tod erworbenen vermehrt wurde. Der leztern sind aber nur wenige, und schon daraus läßt sich schliessen, daß dieses Verzeichnis nicht gar lange nach dem Tod des Lullus aufgesezt worden, zumal da auch alle andre Schenkungen darin fehlen, die wir aus den Urkunden des neunten und zehnten Jahrhunderts kennen lernen. Es mag also wohl

fluminis *Fuldæ*, & tradidit domino Imperatori *Carolo*, & sunt in eodem loco hube 20, & dedit idem Imperator Carolus ad reliquias Sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ, & ad monasterium illud, *in Thuringia* villam quæ dicitur *Gebise* & sunt in illa hube 73, mansus 44. Villam quæ dicitur *Webmare* & sunt in illa hube 40, mansus 23. Villam quæ dicitur *Biscofesbusun*, & sunt ibi hube 30, & manent sclavi. Villam quæ dicitur *Dorndorf*, & sunt ibi hube 14, mansus 14. In villa quæ dicitur *Milinga* hube 8, mansus 12. In villa *Salzungun* hube 10, mansus 10. In villa *Lupentia* hube 10, m. 5. In villa *Mehderstette* huba 1. In villa *Sunnenbrunnun* hube 10, m. 6. In villa *Erphoi* hube 2, m. 2. In villa *Rimistede* hube 2. In villa *Gothaho* hube 6, m. 6. In villa *Suntbusun* hube 3, m. 3. In *Linaha* hube 2, m. 3. In *Wolfduze* hube 5, m. 3. In *Cimbro* & *Uffhusun* hube 6, m. 12. In *Magolfeslebo* hube 3. In *Apfiosta* & in *Buricheslebo* & *Rutihah* & *Friesenstatt* & *Hohheim* hube 15, mansus 15. In *Mulnhusun* & *Remmidi* & *Rudolfestatt* hube 7, & sclavi manent in illis. In *Dennistede* & *Brutstede* hube 12, m. 7. In *Suebada* & *Westan* hube 10, m. 6. In *Suegerstede* & *Gruthzim* & *Gotalastatt* & *Tasiesdorf* hube 12, m. 7. In *Gunteisstatt* & *Dungede* & *Suabeshusun* hubas 12, & sclavi habitant ibi. In *Cornere* hube 15, m. 24. In *Griffestatt* & *Kindelbruccun* hube 7, m. 4. In *Helmbrahtesdorff* & *Rinkelebo* & *Vorstat* hube 7, m. 7. In *Aratora* & *Edieslebo* & *Eazstatt* hube 6, m. 5. In *Burcheslebo* & *Erizzebruccun* & *Dullide* hube 7, m. 5. In *Bretalaho* & *Reginhardesdorf* & *Eberhardesdorf* & *Hofun* & *Grineslebo* & *Dundorf* & *Hechendorf* & *Wibe* & *Marcstede* & *Wolmerstede* & *Mimelebo* & *Heselere* & *Scidinge* & *Bibraho* hube 38, & colonos habitantes in illis. In *pago Wetreibun*. In villa quæ dicitur *Houngun* hube 40, mansus 28. In *pago Wormatiense*. In villa quæ dicitur *Scornesheim* capellam unam, hub. 8, m. 10. In *Inglenheim* superiori capellam unam, h. 11, m. 4. In *Andernacho* & in *Ribenacho* & in *Gulse* & in *Memesfelde* capelle 3, hube 5, m. 10. In *Owlaho* h. 8, m. 10. In *Lazaho* h. 4, m. 4. In *Berisciza* h. 2, m. 3. In *Hohsegowe* capell. 3, h. 10, m. 10. Per totum hube 420, mansi 290. Hucusque traditio Domini Caroli Imperatoris. In isto brevi continetur quicquid beatus Lullus Archiepiscopus acquisivit, & ei liberi homines tradiderunt in eleemosinam illorum tradere ad monasterium *Herolsfeld* quod ille construxit in Buchonia in *marca Hassorum*, & tradidit Carolo Imperatori, hoc est in eodem loco hubas 20. *In Thuringia* cellulam unam nomine *Ordorf*, 8 hubas. Villam que vocatur *Sultzebrüggun* hubas 42, m. 33. In *Suabehusun* hub. 20, m. 14. In *Sibilebo* h. 8, m. 3. In *Webereslat* hub. 12, m. 2. In *Holzhusun* & *Bizzestatt* h. 3, m. 4. In *Horbusun* hub. 3, m. 1. In *Ermenstatt* hub 3, m. 1. In *Perti-*

wohl im Anfang des neunten Jahrhunderts in die gegenwärtige Form gebracht worden seyn: früher wenigstens gewiß nicht, weil Karl darin als Imperator angeführt wird, das er bekanntlich erst im J. 800. wurde. Ich habe es indessen, da es doch, seinem grösten Theil nach, lauter vom Lullus erworbene Güther enthält, den bisherigen an ihn gerichteten Schenkungsbriefen unmittelbar folgen lassen.

Pertikeslebo h. 2, m. 2. In *Mechtrichestatt* h. 8, m. 4. In *Midilhusun* h. 4, m. 2. In *Gellinge* h. 12, m. 12. In *Eslebestat* h. 12, m. 9. In *Edricheslebo* h. 4, m. 10. In *Nibusun* h. 14, m. 7. In *Suzare* h. 14, m. 8. In *Herlingun* h. 4, m. 4. In *Bysabo* h. 12, m. 10. In *Ringelebo* h. 4, m. 3. In *Panre* h. 3, m. 4. In *Asgore* h. 4, m. 4. In *Friomare* h. 4, m. 3. In *Salzaha* h. 2, m. 2. In *Rodestein* hube 14, & Slavi manent ibi. In *Lengesfeld* hub. 14, m. 20. Iu *Gomarestat* & *Mutesfeld* h. 3, m. 3. In *Berchaho* hub. 11, m. 12. In *Olsenaho* hub. 8, m. 18. In *Reinede* h. 12, m. 3. In *Beringe* & *Ascrohe* & in *Grifistede*, & in *Brantbach* & in *Collide* & in *Wudanesbusun* & in *Niwisbusun* & in *Schesbobite*, in *Driburc*, in *Gebunstete* & in *Zotanesstette* hub. 30. In *pago Wetreibe*. In villa *Bigenheim* hub. 10, m. 5. In *Loubabe* hub. 10, m. 3. In *pago Loganensi*. In *Bubenheim* hub. 3, m. 3. In civitate *Moguntia* areas 7, m. 4. In villa *Bizzenheim*, & in *Bottenheim*, & in *Suabenheim*, & in *Scmundesheim*, & in *Spiozesheim* h. 3, m. 2. In *pago Loganensi*. In villa *Eibloha*, & in *Ewilzdorf*, & in *Lundorf*, & in *Amana*, *Erisenbubel* & in *Bucheswiccum* h. 12, m. 4. In *pago Hassorum*. In villa *Martdorf*, & in *Holzbusun*, & in *Firne*, & in *Burcun*, & in *Sungsule*, & in *Angelgise*, & in *Waltunnin*, & in *Jusselze*, & in *Nielabe*, & in *Balaborna*, & in *Harabirge*, & in *Rittahe*, & in *Stochusun*, & in *Mathanon*, & in *Hebilide*, & in *Filmare*, & in *Elisungun*, & in *Mazheim*, & in *Wildungen*, & in *Beisheim*, & in *Felmide*, h. 40, m. 30. In villa *Bracho*, & *Breidinge*, & *Biberaho*, & *Heginehabe*, h. 12, m. 23. In *Kyricheim*, & in *Liutgisesbusun*, & in *Otraho*, & in *Grintaso*, h. 18, m. 18. In *Treise*, & in *Grosiun*, & in *Waraba*, h. 13, m. 12. In *Niwibusun* h. 4, m. 4: & sunt per totum hube 414, mansus 443.

Ista omnia superius nominata tradita fuerunt ad monasterium *Herolfesfeldense*, quando Sanctus *Lullus* Archiepiscopus illam traditionem fecit Domino Carolo Imperatori. Et istud, quod inferius est, traditum fuit postea a liberis hominibus ad idem monasterium. *In Thuringia* in villa quæ dicitur *Rebestatt* h. 3, m. 2. In *Rudolsesleho* h. 10, m. 12. In *Mollesdorf* h. 3, m. 1. In *Weringozeslebo* h. 4, m. 2. In *Elgeslebo* h. 2, m. 2. In *Dornheim* h. 2, m. 2. In *Bozilebo*, & in *Wesribeslebo*, & in *Maroldesbusun* h. 2. In *Buchilide* h. 3, m. 3. In *Brantbeche* h. 12, m. 10. In *Dalabach* h. 18, m. 4. In *Ansoldeslebo* h. 3, m. 2. In *Sumeringe* h. 4, m. 2. In *Cureslebo* h. 1. In *Collide* h. 20, m. 12. In *Woteuesbusun* h. 12, m. 10. In *Weuninge* h. 30, & ibi sclavi manent. In *Balgestat* h. 3. de sclavis manentibus. In *Zalesdorf* h. 4. de sclavis manentibus. In *Liziebesdorf* h. 3. de sclavis manentibus. In *Rundunesdorf* hub. 2. de sclavis manentibus. In *Rimuchesdorf* h. 4. sclavis manentibus. Iu *Milubesdorf* h. 2. In *Drummaresdorf* h. 1. In *Umisa* h. 3. sclavis manentibus. In *Arolsesbusun* h. 2. In *Bilistatt* hub. 3, m. 2. In *Eichesfelde* hub. 4, m. 4. In *Erlibabe* hub. 10, m. 10. Tradicio *Weresi* in *Westfalun* dimidium hereditatis sue hubas 30, feruos 2, litos 22, & sunt per totum hube 205, mansus 113. Continentur enim in summa hube 1050, & mansus 795. Numerus fratrum est 150.

XIII.

Benannte Grafen schenken dem Kloster Hersfeld die Kirche in Colleda, mit allem Zugehör. den 3. März 802.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Licet parva & exigua sint, quae pro immensis peccatis & debitis offerimus, tamen pius Dominus noster Jesus Christus non quantitatem muneris, sed devotionem animi prospicit offerentis. Ideoque ego in Dei nomine *Kutan* Comes, *Guntherus*, *Gumbraht*, *Rimis*, *Gunthere*, *Asolf*, Comites, & *Berthrat* Deo sacrata, quae & *Bietha*, donamus pariter pro remedio animae nostrae ad monasterium quod est constructum in honorem sanctorum Apostolorum Simonis & Taddaei, in loco qui dicitur *Herolfesfeld*, ubi corpus S. *Wigberti* requiescit, & ubi *Richolfus* Archiepiscopus misericordia Dei praeesse videtur, hoc quod donamus in Pago *Englide*, in villa quae dicitur *Collide*, Ecclesiam unam quae est constructa in honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, portionem nostram quicquid in ipsa Ecclesia de paterno vel materno, haereditate vel collaboratu, visi sumus habere in reliquiis, capsis, crucibus, in auro & argento, aedificiis, terris, araturis, mansis, mancipibus, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, cultum & incultum, totum & ad integrum donamus atque transfundimus de nostro jure in jus & dominium supradicto Monasterio, ita, ut ab hodierno die supra dictum monasterium, vel custodes illius, habendi, donandi, dominandi, possidendi, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod fieri non credimus, si nos ipsi, quod absit, vel aliquis de heredibus nostris vel prohaeredibus, vel quaelibet opposita ulla persona, quae contra hanc cartulam donationis venire, aut eam infringere voluerit, afferat ad praedictum Monasterium auri uncias 2, argenti ponderis 4, & tamen quod reperit vendicare non valeat. Et ut haec praesens traditio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa facta est cartula traditionis haec, sub die V° Non. Mart. Anno XXXIV° regnante Domino nostro *Carolo* serenissimo Imperatore.

Actum ad *Erfesfurt* in Palatio publico. Ego *Theodoricus* scripsi rogatus ab istis inferioribus scriptis notavi diem & tempus quo supra.

† Signum *Catonis* Comitis, qui hanc cartillam traditionis fieri atque formare rogavit. † Signum *Guntheri*. † Signum *Rimesi*. † Signum *Asolfi*. † Signum *Emichonis*. † Signum *Warthaboi*. † Signum *Beratrildae* Deo sacratae. † Signum *Guntheri*. † Signum *Richolfi Archiepiscopi*. † Signum *Lungani*. † Signum *Gozlahi*. † Signum *Wernheri Comitis atque Missi Dni Caroli Imperatoris*. † Signum *Wigonis Comitis*. † Signum *Liulonis*. † Signum *Hademari Comitis*. † Signum *Lamberti*. † Signum *Reginberti*. † Signum *Wangonis*. † Signum *Beratmundi*.

† Signum

† Signum *Werinmundi.* † Signum *Wachonis.* † Signum *Folcberthi.* † Signum *Gatmanni.* † Signum *Baduchoni.* † Signum *Hungasti.* † Signum *Widegoni.* † Signum *Hemitbei.* † Signum *Wigbaldi.* † Signum *Adelgozi.* † Signum *Degenharti.* † Signum *Aaulonis.* † Signum *Germonis.* † Signum *Eggerici.* † Signum *Gozmari.* † Signum *Salemanni.* —— *

XIV.

K. Karl der Grose willigt in eine der Abtei Hersfeld in den Thüringischen Gauen Helmgau und Altgau geschehene Schenkung.

den 15. Sept. 802.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. *Carolus*, Serenissimus - Augustus - a Deo coronatus - magnus - pacificus - Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum. Si petitionibus sacerdotii & servorum Dei, in quo nostris auribus patefecerint, libenter obedimus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, regiam exercemus consuetudinem atque ad æternam beatitudinem seu stabilitatem Christo protectore Imperii nostri pertinere confidimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus & futuris, qualiter vir venerabilis *Richolfus*, sanctæ Moguntiacensis ** Archiepiscopus, serenitati nostræ suggessit, eo quod *Meginfridus* quondam servus noster aliquas res infra Thuringiam, id est in *Pago Helmgowe*, in villa nuncupata *Salzaba* ***, nec non in alio Pago qui vocatur *Altogowe* in villa quæ dicitur *Cornere* ****, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus juste & rationabiliter acquisisset, & ad monasterium, cujus vocabulum est *Herolfesfeld*, quod est constructum in honorem Dei & Sanctorum eius Simonis & Taddæi, totum & ad integrum, quantumcunque in ipsis pagis vel marcis visus fuit habere, per cartulam traditionis delegasset, sed minime secundum legem & justitiam ipsa traditio fuit facta, nec ullatenus manere potest, ideo quia servus noster erat. Qua de re petiit prædictus pontifex celsitudinem nostram, ut ipsas res in elemosyna nostra per præceptum autoritatis nostræ cedere & confirmare

* Ich habe, den Raum zu sparen, die Namen der, ohnehin meist unerheblichen, Zeugen nicht einzeln unter einander gesezt, wie sich sonst, da jeder sein eignes Zeichen vor sich hat, gebührt hätte.

** Ist vermuthlich Ecclesiæ oder Sedis ausgelassen.

*** Salza, bei der Reichsstadt Nordhausen.

**** Der Marktflecken Kerner, im Gothaischen Amt Volkenroda. Von dem Umfang des Altgau und Helmgau habe ich im Text der Geschichte gehandelt.

mare deberemus. Cujus petitionem pro reverentia ipsius sacri loci, vel pro eius servitio & meritis compellentibus denegare noluimus, sed ita concessisse & in omnibus confirmasse cognoscite, praecipientes, ut nullus quilibet vestrorum de rebus, ut diximus, quas jam dictus *Meginfridus* quondam servus noster infra Thuringiam in *Pago Helmgowe* in villa nuncupante *Salzaha*, nec non & in *Pago Altgowe* in villa quae dicitur *Cornere*, una cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, silvis, campis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, mobile & immobile, juste & rationabiliter acquisivit, vel ad partem ipsius monasterii delegavit, quamvis noster fuisset servus, nihil exinde abstrahere aut minuere quoquam tempore praesumatis, sed per hoc nostrum autoritatis praeceptum totum & ad integrum ad superius dictum Monasterium *Herolfesfeld* deinceps nostris futurisque temporibus in elemosyna nostra proficiant in augmentis, quatenus ipsos servos Dei, qui ibidem Deo famulantur, melius ac melius delectet pro nobis ac liberis nostris, vel pro stabilitate regni nostri, jugiter Dni misericordiam exorare. Et ut haec praeceptio firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus & de annulo nostro sigillari jussimus.

Genesius ad vicem *Ercanbaldi* recognovi.

Dat. XVII. Cal. Octobr. Anno 2do Christo propitio imperii nostri, & XXXIV. Regni nostri in Francia, atque XXIX. in Italia. Indict. X.

Actum *Wosega* silva in loco qui dicitur *Suega*, in Dei nomine feliciter. Amen.

XV.

Ein gewisser Randolf vermacht der Abtei Hersfeld einige Güther in Mainz, in dem Wormsgau und Oberrheingau.

den 16. Jun. 815.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Licet parva & exigua sint, que pro immensis peccatis & debitis offerimus, tamen pius Dominus noster Jesus Christus non quantitatem muneris sed devotionem animi prospicit offerentis. Ideoque ego in Dei nomine *Randolf* & conjux mea *Diderat* sana mente sanoque consilio pro peccatis nostris, ut in futuro veniam aliquam promereri mereamur, donamus pariter ad Ecclesiam quae est constructa in honorem sanctorum Apostolorum Simonis atque Tathaei in *Buchonia*, quae dicitur *Herolvesfeld*, ubi sanctus Wigbertus corpore quiescere videtur, & ubi Abbas *Brunwardus* praeest, hoc est quod donamus infra muros *Moguntiae* civitatis areas 4. cum aedificio. Illa una jacet juxta Ecclesiam, Sctus Johannes Evangelista ex uno latere habet, Sctus Martinus ab alio latere, Sctus Johannes tertio latere, & quarto via publica. Illa alia area jacet in loco qui dicitur *porta S. Quintini*, ex tribus lateribus habet S. Martinus, quarto latere est via publica. Illa tertia area in loco qui dicitur *Rabbada porta*, ex uno latere habet Diedo, ab alio

alio latere Ditfrid, tertio latere Helmfrid, quarto latere via publica. Illa quarta area jacet in ipsa porta Rahhadero, ex uno latere habet S. Martinus, ab alio latere habet Marquartus, tertio latere Dominus Imperator, quarto latere habet Alberat. Et donamus in *Pago Wormatiense* in villa nuncupata *Dienheim* aream unam cum ædificio, ex tribus lateribus habet S. Bonifacius, quarto latere est via publica, & in ipsa marca vineas quinque. De illa una vinea habet ex uno latere S. Medardus, ab alio latere S. Nazarius, tertio latere habet Ysanbraht, quarto latere habet Ysanfrid. De illa alia vinea habet totum in circuitu S. Bonifacius, Bernhelm & Walahc. De illa tertia vinea habet totum in circuitu S. Bonifacius & Nebufunc, & Walah, & Baturit. De illa quarta vinea habet ex uno latere S. Nazarius, ab alio latere habet Rutwin, tertio latere Helmrihe, quarto latere via publica. De illa quinta vinea habet in circuitu S. Nazarius, S. Bonifacius. Similiter donamus * in villa quæ vocatur *Weinheim* aream unam cum omni ædificio. Ex uno latere habet Dominus Imperator, ab alio latere S. Maximinus, tertio latere est strata publica, & vineas quatuor in ipsa marca, duas insimul jacentes, ex duabus lateribus habet S. Maximinus. De illa tertia vinea habet in circuitu S. Maximinus, S. Lambertus. De illa quarta vinea habet ex uno latere S. Maximinus, ab alio latere pertinet ad Monasterium *Wirzburg*. Et quicquid in ipsa villa sive in illa marca proprii visi sumus habere similiterque donamus in ipso Pago in villa quæ dicitur *Spiezesheim* areas duas. De illa una area habet ex uno latere S. Stephanus, ab alio latere habet Sigeram, tertio latere via publica. De illa alia area habet ex uno latere S. Nazarius, ab alio latere habet Diedo, & in ipsa marca vineas tres. De illa una vinea habet ex uno latere S. Stephanus & Wolfrid. De alia vinea habet ex uno latere Eberhard & Dieterich. De illa tertia vinea habet ex uno latere Albwart & Herwart. Et quidquid in ipsa villa, sive in illa marca, proprii visi sumus habere. Item donamus in ipso Pago, in villa quæ dicitur *Albaha*, aream unam cum omni ædificio. Ex uno latere habet S. Nazarius, ab alio latere habet S. Maximinus, tertio latere via publica; & quicquid in ipsa villa vel in illa marca habuimus. Item donamus in *Pago superiori Rinisse*, in villa quæ dicitur *Lobheim*, aream unam cum omni ædificio, & vineam unam adherentem ipsæ areæ. Ex uno latere habet Adelwar, ab alio latere habet Adeldof, tertio latere habet Willo, quarto latere via publica, & quicquid in ipsa villa vel marca proprii visi sumus habere, & quicquid in ipsis suprascriptis locis proprium habuimus in areis, ædificiis, terris, araturis, vineis, campis, silvis, pratis, pascuis,

* Dieses donamus bezieht sich in dieser übel stylisirten Urkunde auch auf die beiden folgenden Schenkungen, nemlich die vineas quatuor und quicquid in ipsa villa - visi sumus habere, wovon es durch die zwischengesezte Grenzbeschreibungen eines jeden Gütherstücks getrennt wird. Man muß sich diese Grenzbeschreibungen als in Parenthesen eingeschlossen denken; das nemliche gilt in dieser Urkunde noch verschiedenemal.

pascuis, aquis aquarumve decursibus, cum omni integritate, & omnem nostrum conlaboratum, & mancipia quinquaginta cum omni elaboratu illorum. In ea vero ratione donamus, ut quamdiu advixerimus, ipsam suprascriptam rem usu fructuario excolere debeamus, & annis singulis in censum dare faciamus ad ipsam supradictam Ecclesiam ad festivitatem S. Wigberti de argento solidum unum. Et si me uxor mea Diderat supervixerit, illa Capella in *Scorneshein*, quam e contra in beneficium a *Brunwardo* Abbate recepimus, cum omni re quæ ad eam pertinet, cum duabus partibus elaboratus nostri in argento & auro & omni suppellectili, ad suprascriptam revertatur Ecclesiam sine ullo præjudicio. Et si vidua permanere aut se velare & in Dei servitio perseverare voluerit, tunc utrumque in beneficium habeat, quæ communiter condonamus cunctis diebus vitæ suæ. Et si virum post me acceperit, hæreditatem cum dote ipsius in beneficium habeat, quamdiu advixerit, & omnis hæreditas mea ad supradictam Ecclesiam revertatur sine ullo præjudicio. Et si ego illam supervixero, similiter omnia in beneficium habeam omnibus diebus vitæ meæ, & tertia pars elaboratus nostri in auro & argento & omni suppellectili ad suprascriptam Ecclesiam revertatur. Et si post obitum ejus duxero uxorem, omnis hereditas illius cum dote sua & tertia parte suppellectilis nostræ ad prædictam Ecclesiam revertatur, & post obitum nostrum utrorumque, quicquid condonavimus cum remelioratione suprascripta Ecclesia, vel rectores illius, habendi, donandi, dominandi, præstandi, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod fieri non credimus, si nos ipsi, quod absit, aut aliquis de heredibus nostris vel proheredibus, vel qualibet ulla opposita persona, quæ contra hanc cartulam donationis venire aut eam infringere voluerit, iram cœlestis &c. incurrat & omnium sanctorum, & tamen quod reperit evendicare non valeat, sed præsens donatio hæc firma & stabilis omni tempore permaneat.

Constipulatione subnixa facta est hæc cartula donationis sub die XVI. Cal. Jul. anno 2do regnante Domino nostro *Ludevico primo* serenissimo Rege, Imperatore Augusto. *

XVI.

* Da hier Ludovicus nicht nur *primus*, sondern auch Imperator Augustus genennt wird, und in der Urkunde selbst, bei der Grenzbeschreibung der geschenkten Güther, verschiednemal Güther Domini Imperatoris vorkommen: so kann darunter kein andrer als Kaiser Ludwig I. oder der Fromme verstanden werden, indem diese Titulatur weder auf König Ludwig den Teutschen, noch auf König Ludwig das Kind paßt. Das Datum fiele also ins J. 815. In dieser Voraussetzung muß damals ein Brunward Abt zu Hersfeld gewesen seyn, und derjenige Brunward, den Lambert. Schaffnab. vom J. 847-875. regieren läßt, der zweite dieses Namens seyn.

XVI.

Pabst Gregorius IV. bestätigt dem Abt Harderath von Hersfeld die Privilegien seines Klosters. *

den 9. April 829.

Gregorius servus servorum Dei *Harderado* pio & religioso Abbati venerabilis Monasterii sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ, & per te cunctis Abbatibus successoribus tuis in laude & servitio Dei ibidem permanentibus in perpetuum. Desiderium quod ad propositum sanctæ religionis sacrorumque locorum stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua contradictione est Deo auctore perficiendum, ut ex hoc vigor sancte religionis roboretur, & eisdem locis sacris salus & indemnitas solidetur, nobis quoque lucrum potissimum a conditore omnium, Deo, in regnis coelestibus ascribatur. Igitur fili in Christo dilectissime! justis petitionibus tuis annuentes per præsentis privilegii paginam sanctissimi Papæ *Stephani* aliorumque venerabilium Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigia sequentes, nostro venerabili Heresfeldensi Monasterio confirmamus quæcunque ad idem Monasterium fidelium donationibus pertinere noscuntur, inter quæ præcipue religiosi Imperatoris *Caroli* testamentum, quo nostro Monasterio tres Ecclesias, cum quibusdam decimis, rogatu & consensu *Lulli* venerabilis Moguntinæ civitatis Archiepiscopi, delegavit, ratum manere sancimus, & easdem Ecclesias cum decimis in suffragium Monachorum ibidem Deo famulantium perpetuo proficere confirmando præcipimus. Quæcunque etiam Prædecessorum nostrorum apostolicæ Sedis Pontificum privilagiis, vel catholicorum Principum traditionibus, vestris sunt Prædecessoribus concessa vel concedenda, nos quoque præsentis decreti autoritate concedendo corroboramus. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut ei possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te ejusdem

* Das nemliche that im J. 966. Pabst Johann XIII. auf Bitten des Hersfeldischen Abt Aegilolfs: Habita Synodo & multorum venerabilium Patrum, Coepiscoporumque nostrorum conventu, Romæ in Ecclesia beati Petri principis Apostolorum, assidentibus Augustissimis Imperatoribus, *Ottonum* utrisque, anno scilicet Imperii majoris VI.to, minoris I. *Ægilolfus* Herolvesfeldensis Abbas - postulavit a nobis, quatenus Monasterium beatorum Apostolorum Simonis & Judæ, & b. Wigberti confessoris, situm juxta flumen cui Fulda nomen est, in Pago *Hassiæ* - privilegiis Apostolicæ Sedis decoraretur &c.

Man kann leicht denken, daß die Abtei Hersfeld dergleichen Päbstliche Privilegienbestätigungen noch gar viele erhalten, es würde aber überflüssig seyn, sie anzuführen, wenn sie nur die gewöhnlichen allgemeinen Formeln enthalten, und sich weiter nichts neues daraus lernen läßt.

dem loci nunc Abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio elegerint. Igitur quicunque hujus privilegii nostri servator extiterit, omni benedictione repleatur. Qui autem quoquo modo hanc nostram præceptionem violare præsumserit, ni resipiscat, iram individuæ Trinitatis incurrat, sancti Petri, Apostolorum Principis, maledictione redundet, trecentorum decem & octo Patrum sancto concilio damnetur, atque in extrema die judicii amarathana anathemate perditus lucis claritatem nesciat, seu exteriores tenebras cum diabolo ac consentaneis ejus perpetualiter gemat. Amen.

Ego *Gregorius* quartus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus III. Anno Dei DCCCXXIX. Data per manum *Sergii* Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii sanctæ sedis Apostolicæ V. Id. Aprilis, Anno Deo propitio Pontificatus Dni Gregorii *secundo*. Indict. X. *

XVII.

Nachricht von K. Karls des Grosen im J. 780. geschehenen Verschenkung des Zehntens in Thüringen an die Abtei Hersfeld. **

845.

Omnibus fidelibus Christi notum cupimus fore, qualiter *Carolus* Magnus Imperator Anno 781. pergens ad Italiam ob remedium animæ suæ, prosperitatemque itineris, omnem *decimationem* *in*

* Diese Indiction stimmt mit dem angegebenen Jahr nicht überein.

** Ich setze diese alte Nachricht hieher, weil sie eine im J. 845. geschehene Handlung betrift. Ihr Inhalt bestätigt sich aus Lambert. Schaffn. ad an. 845: Ludovicus venit ad Herolfesfeld 2. Kal. Nov. & privilegia monachis dedit, suoque sigillo munivit. Monachi quoque ejusdem Hersueldensis Monasterii reconciliati sunt cum Otgario Archiepiscopo, de decimis frugum & porcorum ex terra Thuringorum, per fideles legatos domini Ludovici Augusti, episcopos videlicet & præsides. Indessen ist doch das in obiger Nachricht angebene J. 781, worin Karl die Thüringische Zehenten pergens ad Italiam geschenkt haben soll, nicht richtig: dann er zog vielmehr im J. 780 nach Italien, im folgenden Jahr aber kam er wieder zurück. Ein so geringer Irrthum war so viel leichter möglich, da die meisten Urkunden dieses Kaisers nicht mit Jahrzahlen, sondern nur mit den Regierungsjahren bezeichnet sind, die ein unwissender Mönch nicht immer so genau berechnen konnte, zumal da sie auch würklich nicht immer genau zusammen stimmen.

Einer andern Privilegienbestätigung von eben diesem König erwähnt ein Extrakt v. J. 850: Privilegium *Ludovici* Regis anno *undecimo* regni ipsius *Brunwardo* Abbati concessum, quod neque Archiepiscopus Moguntinus, neque Archidiaconus quispiam, neque Comes quilibet, juris quippiam sibi vindicet in Monasterio Hersveldensi, exceptis statutis juris.

in Thuringia tradidit ad reliquias sanctorum Apostolorum Simonis & Tatthei, & ad corpus Sčti Wigberti Confessoris Christi. Transacto itaque aliquanto tempore, magna inter *Oggarium* Mogontiacensem Archiepiscopum & *Bunonem* Abbatem crevit disceptatio circa Episcopalem servitutem —— factaque est contentio magna cum his, qui natu majores illius tempore fuere, qui hoc protestati sunt, sicut prius juraverunt, quod Steuram & decimam porcorum semper vidissent ad illud præfatum Monasterium, quod *Herolvesfeld* dicitur, dare, & in hoc pacificati sunt anno 845, quod quarta pars de decimis frugum canonice inopibus daretur Episc: & nulla per hoc contentio foret inter Successores Episcopi & Abbatis in ævum, quin stabilis perduraret, nullumque jus haberet servitii inquirendi neque Episcopus neque nuncii ejus.

XVIII.

König Ludwig das Kind verwilligt dem Abt Otto von Hersfeld, daß ihm Diethard Zeitlebens als Provisor beigegeben seyn, nach seinem Tod aber dem Kloster die freie Wahl wieder zustehen solle.

den 5. Oct. 908.

In nomine sancte & individue trinitatis. *HLudovicus* divina favente clementia Rex. Oportet etiam, ut omnium fidelium nostrorum petitiones juste auribus nostris commissas ad effectum perducamus, presertim tamen eas, que pro Dei amore & servitio suggeruntur. Unde notum fieri cupimus omnibus S. Dei ecclesie fidelibus presentibus & futuris. Quia *Otto* vir venerabilis & Abba Coenobii S. Wicberti per supplicationem *Hattonis* illustris Archiepiscopi & spiritualis patris nostri divino instinctu afflatus petiit clementiam nostram, ut fratribus ejusdem Coenobii, quod est constructum in Pago *Hassionum* in Comitatu *Chuonradi*, & sub honore sanctorum Apostolorum Simonis & Thaddei dicatum, ubi S. Wicpertus corpore quiescit, in eleemosynam nostram concederemus, ut eis post vite sue terminum liceret inter se eligendi Abbatem, ea tamen ratione, ut *Thietbardus* Monachus, vir religiosus, & presenti tempore post *Ottonem* ipsius Monasterii provisor, eum quamdiu vivat potestative teneat & ipsum secundum regulas S. Benedicti gubernet & regat, hoc adiiciens, ut si ipse Thiethardus ante vite sue terminum Dei jussu ex hac luce evocetur, statim post obitum ipsius Ottonis, vel si prius accidat, ut pro Dei amore, velut ipse fatetur, ut in voluntate habeat, quatenus in integrum ipsam Abbatiam usui & potestati fratrum ibidem Domino famulantium dimittat, hujusmodi electio concedatur, cujus supplicationem gratanter accepimus & hoc preceptum inde conscribi jussimus, per quod pro eterne mercedis augmento in eleemosynam nostram & antecessorum nostrorum, & etiam ipsius Ottonis, eis liberum concessimus arbitrium finito tempore & ordino hic inscripte rationis inter se eligendi Abbatem, hoc interdicentes, ut nullus postea ex genealogia ipsius

Ottonis, vel alia qualibet persona Laicorum vel Clericorum, in ipsam Abbatiam ullatenus se ultra intromittere presumat. Hoc etiam adiicientes jubemus, ut omnes res S. Wigberti ad ipsum Coenobium pertinentes postea adunate maneant, & neque nos, neque ullus Successorum nostrorum, vel quisquam mortalium, potestatem habeat aliquid inde ulterius separare, minuere, vel subtrahere. Et ut hoc concessionis nostre preceptum firmum stabileque consistat, manu nostra illud firmavimus, & sigillo nostro consignari jussimus.

Ernestus concellarius ad vicem *Piligrini* Archicapellani recognovi.

Dat. III. Non. Octobr. An. incarnat. Domini DCCCCVIII. Indict. XI. Anni regni Domini HLudovici IX. Act. *Triburiae*. *

XIX.

K. Henrich I. tauscht von dem Hersfeldischen Abt Meingoz das Dorf Hausen, im Gau Languizza oder Langwiesen, an der Ilm, an sich, den 1. Jun. 932.

Concambium in *Languiza* pro O. villa *Husun* villam.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* Dei donante clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri presentes & futuri, qualiter nos cum *Meingozo* Herveldensis Cenobii Abbate quoddam fecimus concambium. Tradidit igitur nobis idem Abbas, cum consensu fratrum inibi Domino famulantium, & manu Advocati sui *Erlolf* nuncupati, quicquid in loco modo dicto ** ad ipsum monasterium hucusque pertinere videbatur, cum curtilibus, edificiis, ecclesia, mancipiis, omnibusque appenditiis & adiacentiis suis. E contra vero dedimus ad prefatum monasterium in pago *Languizza*, in Comitatu *Meginwardi*, quendam locum *Husun* vocatum ***, cum curtilibus, edificiis, mancipiis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis, omnibusque appenditiis &

* Auf diese Urkunde bezieht sich eine andre der Abtei Hersfeld von K. Konrad I. im J. 913. ertheilte Bestätigung des nemlichen Privilegiums, die man in Hrn Reg. Rath Schminks Beschreib. der Stadt Cassel, Beil. I, abgedrukt findet.

** Der Ort wird nur in der Ueberschrift mit dem Anfangsbuchstaben O. bezeichnet.

*** Der Gau Languizza oder Langwiesen erstreckte sich auf beiden Seiten der Ilm, von der Stadt Ilmenau nach Kranichfeld zu, und noch jezo führt ein Distrikt dieser Gegend, der besonders die Schwarzburgischen Aemter Kevernburg und Gehren begreift, den Namen der Langwiz, ohne Zweifel von dem in leztern Amt gelegnen Flecken Langwiesen. — Das in der Urkunde vorkommende Dorf Hausen liegt unweit der Stadt Ilm, an der Wipper.

& adiacentiis suis. Jussimus quoque hoc preceptum inde conscribi, firmiter precipientes, quatenus prefatus Abbas Megingoz, suique successores, talem inde habeant ulterius potestatem, sicut & de aliis rebus, que ab antiquis temporibus ad memoratum Cenobium pertinere videbantur. Et ut hoc nostre commutationis preceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra firmavimus, annulique nostri impressione insigniri jussimus.

Bobbo Notarius ad vicem *Hildiberti* Archicapellani recognovi.

Dat. Cal. Junii, Anno Dominice incarn. DCCCCXXXII. Indict. V. regnante piissimo Rege *Henrico* primo Anno XIV.

Actum *Erfurt* in Dei nomine feliciter. Amen. *

XX.

K. Henrich I. bestätigt dem Abt Hagano von Hersfeld die seiner Kirche von Kaiser Karl dem Grosen ertheilten Privilegien. den 4. Nov. 936.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* Dei gratia Rex. Noverint omnes fideles nostri presentes scilicet & futuri, qualiter nos ob amorem Dei nostreque anime remedium *Haganone* nobis suggerente, venerando *Herolfesfeldensis* cenobii Abbate, eodemque nobis concessionem Antecessoris nostri scripto roboratam bone memorie *Caroli* preferente, hoc idem preceptum & renovare & nostra autoritate corroborare decrevimus, hoc est, ut in rebus ad Heroveldense cenobium pertinentibus nullus Episcopus Missusve suus, neque judex publicus, neque missi nostri, mansionaticum exigant, aut aliquid vi abstrahere presumant. Nemo Episcoporum aut Archidiaconorum Monachos ibidem Deo servientes lege canonica tangere presumat. Et quandocunque Abbas eorum de hac luce migraverit, licentiam habeant inter se eligendi Abbatem. Quodsi inter eos dignus inveniri non potest, potestatem habeant undecunque velint Abbatem sibi conducere. Et ut nullus hanc constitutionem infringere presumat, ordinationes eis Episcopus de Moguntia absque munusculo faciat, & tabulas

* Eben dieser König Henrich hatte schon vorher, im J. 920, der Abtei, unter ihrem Abt Diethard, ein Privilegium ertheilt, im J. 930 besonders die immunitatem Ecclesiæ suæ bestätigt, und im J. 931 einige Leibeigne geschenkt. Ein undatirter Extrakt erwähnt einer, unter einem König Henrich geschehenen, Gütherschenkung in Thüringen, worunter vermuthlich gleichfalls Henrich der Finkler zu verstehn ist: Testatum traditionis factæ Ecclesiæ Hersfeldensi super prædiis *Thüringen*, *Guntzerroth*, *Otrichshusen*, & *Hessenberg*, item *Sedinstedt*; item Advocatia *Ortorff*, *Wechmar*, *Colidi*, *Walzabi*, *Milii*, *Schwabenhusen*, *Hessenberg*, sub Rege *Henrico*.

tabulas benedicat. Et si in ipso monasterio aliqua discordia evenerit, tunc ipse Abbas & Monachi de alio Monasterio Abbatem & Episcopum sibi conjungant, seque pacificent. Quod si ibi non possint, tunc ad Sinodum nostram veniant. Et ut hec nostra concessio firmior permaneat, manu nostra eam firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus.

Bobbo Cancellarius ad vicem *Hildiberti* recognovi.

Data 2. Non. Nov. Anno Dominice incarnationis DCCCCXLVI. Indict. X. Anno regni magni Ottonis, piissimi Regis, primo.

Actum in *Altstede* in Dei nomine. Amen.

XXI.

Ein gewisser Sigehard schenkt Güther im Maingau, in der Kintziger und Babenhäuser Mark, an das Kloster Seligenstadt. *

945.

Notum sit omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie, qualiter *Sigehardus* tradidit suam proprietatem una cum sua conjuge *Christiana* in *Pago Monahgowe* in Comitatu *Ruocharii* in *Chinechera marca*, in *Babebingero* — *marcu*, quidquid ibi proprietatis habuerint, ad sanctos Dei Martires, Marcellinum & Petrum, Protum atque Jacinthum, clericis ibidem Deo servientibus ad suos necessarios usus tenendum, coram seniore nostro *Eberhardo*, & coram *Folcnando* Advocato, & coram ceteris testibus, id est, Heinrico, Sigefrido, Bobbone, Rnotgero, Humberto, Hiltuuardo, Thiodone presbytero, Luitfrido P. Hadegero P. Ruotberto P. Liobgero P. Adalhardo P. Hericonico P. coram omnibus Clericis. Ego - - - harius indignus Diaconus ejusdem monasterii Prepositus scripsi & recognovi. - - - - -

XXII.

K. Otto tauscht von dem Abt Hagano von Hersfeld die Domaine Wormsleben, im Mansfeldischen, gegen andre Güther im Orientalischen und Occidentalischen Franzien, und in Thüringen, ein, die er dem Erzbisthum Magdeburg schenkt.

den 30. März 948.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* divina auxiliante clementia Rex. Noverint omnium fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos quasdam res proprietatis

* Diese Copie der Urkunde hat zur Ueberschrift: Diploma donationis bonorum a Sigehardo Ecclesiæ Seeligenstadiensi factæ Ao. 945. ex vetustissima originali membrana Librum Comitis integerrime continente, ad cujus calcem hoc diploma donationis compactum.

tatis nostre ad Cenobium quod est in loco *Herolfesfeld* vocato in honorem beati Wigberthi Confessoris Christi constructum, ubi venerabilis Abbas *Hagano* videlicet nomine preesse dignoscitur, in legitimum Concambium concessimus, idem in *orientali Francia* de predio cujusdam *Friderici* quicquid in septentrionali parte fluvii *Moynes* possedisse videbatur in locis que dicuntur *Buhoweride*, *Riezstat*, *Caraholtesbahe*, *Suarzaba*, *Stillaha*; *in occidentali vero Francia* proprietatem quondam *Eberhardi* Comitis in *Erlibahe*, *Bommaresheim*, *Furbahe*, *Sulbure*, *Bucho*, *Hurnepha*; preterea *in partibus Thuringie* in villis que nominantur *Obtricbeshusun*, *Anglenhusun*, *Anglenrot*, *Boreboug*, *Amalungesdorff*, *Berbtlougarot*, *Stuchesfurt*, quicquid ibidem quondam a *Brunechone* jure proprio possidebatur, cum omnibus appendiciis & adiacentiis suis legitimo jure illuc pertinentibus. E contra autem a presato venerabili Abbate pari modo in legitimum concambium recepimus villam que vocatur *Wermereslebo* cum Ecclesia ejusdem ville & omni decimatione, quam idem venerabilis Abbas & illi subjecti Monachi in *Pago Hassegowe*, in septentrionali plaga rivuli qui dicitur *Wilderbahe*, antea habuisse cognoscebantur, excepta illa parte, que a sancti Wigberti & sepesati Abbatis familia solvitur. Statuimus etiam, ut coloni terre quam dedimus, nulli ad placitum nisi Abbati subjiciantur. Et ut hec nostre commutationis autoritas per succedentium temporum curricula firma stabilisque perduret, manu propria nostra subtus eam firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari precepimus.

Brun Cancellarius ad vicem *Friderici* Archicapellani recognovi.

Data III. Cal. April. Anno Dominicæ incarn. DCCCCXLVIII. Indict. VI.

Actum *Megideburg* in Domino feliciter. Amen. *

XXIII.

* Ueber die gegenwärtige Tauschhandlung wurden von K. Otto zwei Urkunden ausgefertigt, die eine, oder die hier gelieferte, für die Abtei Hersfeld, und eine andre, die *Leuber* in Stapula Saxonica n. 1594. abdrucken lassen, für das Erzstift Magdeburg. Die leztere ist vom J. DCCCCXLVII datirt, wobei aber von dem Copist ein Strich ausgelassen und das J. 948. zu verstehen seyn muß, mit dem sowohl die zugleich angegebene Indict. VI, als annus Ottonis XIII, und der hier gelieferte den Hersfeldern ertheilte Gegenbrief übereinstimmen. Es weicht ausserdem die Leuberische Urkunde von der gegenwärtigen nicht nur, wiewohl nur in unerheblichen Stücken, in der Orthographie der Namen ab, sondern läßt auch einige Orte aus, und sezt dagegen dem prædio in villa Wurmaresleva, oder Wormsleben, im Mansfeldischen, das die Abtei Hersfeld dem Kaiser zum Besten des Erzstifts Magdeburg, abgetreten, noch die Kirche in villa Vuiderstedi hinzu, wogegen der Kaiser der Abtei tauschweis übergiebt: in *orientali Francia* in villis *Buochunеride*, *Rizzesstat*, *Karoldesbach*, *Suuarzaha*, *Stillaha*, nominatis, & *in occidentali Francia*, *Erlibach*, *Bommaresheim*, *Suliburg*, *Furbach*, *Hurnaffa*. In *Thuringia Hrochtricbeshus*, *Anglendorph*, *Amalungesdorph*, *Stuchesfurst*. Die zum Orientalischen Franzien gerechneten Dörfer liegen im Würzburgischen, am Main, um Karlstadt und Kitzingen herum, wo man die Dörfer Bibelried, Riezstatt, Karlsbach und Schwarzach findet; die zum Occidentalischen in der Wetterau; und die in Thüringen im Stollbergischen, und drum herum.

XXIII.

K. Otto I. und Abt Hagano von Hersfeld vertauschen einige Güther in Thüringen.

den 2. Febr. 949.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos quasdam res proprietatis nostre *Haganoni* venerabili Abbati *Herveldensis* cenobii, quod est constructum in littore Fulde fluminis in honore beatorum Apostolorum Simonis & Jude, ubi etiam S *Wigbertus*, Confessor Christi, corpore requiescit, in legitimum concambium concessimus. Donavimus siquidem ad prefatum cenobium in Pago *Thuringensi*, in Comitatu *Wilhelmi* Comitis, quicquid habuimus in *Granengomarcu* *, quod idem *Wilhelmus* Comes, & *Gumbertus* fidelis noster, eatenus in beneficium habere videbantur, cum curtilibus, edificiis, mancipiis, omnibusque appenditiis & adiacentiis suis legitimo illuc jure pertinentibus, quesitis & inquisitis, ea videlicet ratione, ut deinceps sine ulla contradictione supradictus Abbas, & subjecti illi Monachi, potestatem habeant quicquid eis placuerit exinde faciendi. E contra vero pari ratione ab eodem Abbate, cum consensu fratrum inibi Domino famulantium, per manus Advocatorum ejus recepimus quicquid ad jam fatum monasterium pertinere videbatur in *Bobbenzune* & in *Eilmare* cum curtilibus, edificiis, mancipiis, omnibusque commoditatibus legitimo illuc jure pertinentibus. Et ut hec commutationis nostre vicissitudo cunctis retro seclis firma & inconvulsa permaneat, manu nostra subtus eam firmavimus, & sigilli nostri insigniri impressione jussimus.

Brun Cancellarius ad vicem *Friderici* Archicapellani recognovi.

Data IV. Non. Febr. Anno Dominicæ Incarn. DCCCCXLIX. Ind. VII, regnante gloriosissimo Rege *Ottone*, Anno regni eius XIV.

Actum *Franconofurt* in Dno feliciter. Amen.

XXIV.

K. Otto I. schenkt einem gewissen Diatgoz Güther in Hessen, im Nahgau und Kunigesundra.

den 24. Febr 960.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum sagacitas, qualiter nos interventionibus

Bobbonis

* Kursächsisches Dorf Grüningen, Amt Weissensee.

Bobbonis Wirciburgensis Ecclesie Episcopi obtemperantes, cuidam fideli nostro *Diatgaz* in proprium donavimus quicquid *Hunolt* hereditatis vel proprietatis habere videbatur in *Pago Hessiun* in villis *Woraha* * & *Sulzaha* in Comitatu *Meginfridi* Comitis, nec non & in *Pago Nabgowe* in villis qui vocantur *Spiezesheim*, *Treyse*, in Comitatu *Emichonis* Comitis. Similiter & in Pago qui dicitur *Cunigesfundra* in villa *Waldossa* in Comitatu *Hattoni* Comitis, eo quod omnis hereditas & proprietas predicti Hunoldi nostre Regie potestati in publico mallo judicio Scabinorum jure judicata est. Nos vero eidem fideli nostro *Diatgozo* predictam hereditatem prenominati Hunaldi cum omnibus appendiciis & adiacentiis suis, ad illam jure legitimeque pertinentibus, in proprium concessimus. Jussimus ergo inde hoc presens preceptum conscribi, per quod volumus firmiterque jubemus, ut memoratus *Diatgaz* de his omnibus nostro dono sibi in proprium concessis firmissimam teneat potestatem quicquid sibi exinde voluerit faciendi, manu propria firmatum, & annuli nostri impressione sigillatum.

Ludolffus Cancellarius ad vicem *Brunonis* Archicancellarii recognovi.

Dat. VI. Kal. Martii. Anno Dominicæ Incarn. DCCCCLX. Ind. III. Anno vero Regni piissimi Regis *Ottonis* XXV.

Actum *Wormatie* in Domino feliciter. Amen.

XXV.

K. Otto II. tauscht dem Abt Gozbert von Hersfeld die Kirchen und Zehnten in den Thüringischen Orten Altstädt, Osterhausen und Riestädt, so wie auch den Zehnten in dem Thüringischen Hessengau, gegen andre in eben dem Gau gelegne Güther, ab, und schenkt erstere an das Kloster Memleben.

im Jun. 979.

Otto &c. ** — Quapropter noverit omnis nostre fidelitatis tam presentis quam & future studela, qualiter nos & *Gozbertum* Herveldensem Abbatem condecuit quoddam concambium inter nos mutuo facere de decimationibus cunctis, quas in *Uresineveldae* & *Hassga* visus est possidere. Tradidit

* Der Copist ist zweifelhaft, ob er Woraha oder Wodaha lesen soll, und sezte daher über das d ein r; es scheint aber die Lesart Woraha allerdings die richtige zu seyn, da unter diesem Namen verschiedne Dörfer in Hessen vorkommen, Wohra, Wiera, Wehren, aber kein Wodaha. Ich habe im Text weiter davon geredet.

** Die gewöhnlichen Eingangsformeln fehlen hier in meiner Abschrift, ohne Zweifel, weil sie dem Copist entbehrlich schienen.

Tradidit namque nobis idem Abbas Gotbertus per manum Advocati sui *Waltgeri* consensu ac comprobatione tam ipsius, quam & totius congregationis S. Wigberti, tres capellas, unam in *Altstede*, secundam in *Osterhusun*, tertiam in *Rietstede* sitas *, cum omnibus decimationibus, quas in *Urefinsvelde* & *Hassega* ad jus & dominium S. Wigberti jure ac legaliter pertinentes visus est possidere, scilicet a summitate vallis, ubi se Saxones & Thuringi disjungunt, que Teutonice dicitur *Girusde*, sursum ad aquilonarem plagam usque in *Willianwehe*, quo terminatur Comitatus *Sigefridi* Comitis, & de Willianwege in *Wippera*, & inde usque in *Willerbahe*, & per ejusdem alveoli rivulum usque in fluvium *Salta* dictum, & inde quo se Salta *Sale* infundit, & sursum prope ripam ejusdem alvei ad australem plagam, quo se jungunt *Sala* & *Unstrut* fluvii, & inde ad occidentalem plagam usque in *Helmnaha* fluvium, & de Helmnaha usque ad fossam supra scriptam *Grosde* **. Civitatum vero & castellorum infra istum terminum positorum nomina, ut posteris verius & apertius pateat, dignum duximus inserere. *Altstedeburg*, *Gerburgaburg*, *Niwanburg*, *Burnstediburg*, *Helphedeburg*, *Scroppenlevaburg*, *Gucunburg*, *Cornfurdeburg*, *Smernigeburg*, *Wizinburg*, *Scidinburg*, *Muchunlevaburg*, *Bozhaburg*, *Wirbineburg*, *Swemeburg*, *Merseburg*, *Hunlevaburg*, *Luideneburg* ***. He vero civitates & villule infra prefatum terminum posite decimationes legales juste absque aliqua contradictione debent exsolvere. Nos ergo traditiones has, ut predictum est, per manum tam nostri, quam & Advocati nostri Luit-

* Die berühmte Pfalz Altstädt, Osterhausen im Kursächsischen Amt Sittichenbach, und Riestett, über Sangerhausen. Wie die Zehnten dieser Orte, und im Sächsischen Hessengau, an die Abtei Hersfeld gekommen, s. oben Beil. I. not. und VI.

** *Girusde* oder *Grosde* ist das teutsche Wort Grufft, und wird sowohl hier, als in einer gleichlautenden Stelle in Chron. Halberstad. ap. Leibnit. SS. T. II. p. 121. durch fossata erklärt. Der Umfang des Sächsischen Hessengaues wird nirgends so ausführlich, als hier, beschrieben: ich habe aber schon im Text §. XXIII. davon gehandelt. Dieser grose Gau war in einige Comitias abgetheilt, wie auch aus der obigen Beil. VI. erhellt, und ein solcher Untergau war auch der Frisoneveld oder Friesenfeld. S. l. c.

*** Den angeführten Orten wird ohne Unterschied die Endigung auf burg angehängt, ob sie gleich dieselbe, wie leicht zu denken, bei weitem nicht alle im gemeinen Leben würklich geführt. Es soll damit nur angezeigt werden, daß es verwahrte Orte oder Vesten waren, und sind darunter folgende Städte und Dörfer zu verstehn: Altstädt; das Mansfeldische Gerbstädt; Naumburg, unweit Sangerhausen; Bornstett; Helffta, oder Helpeda; Schraplau; Guckenberg; Cornfurdeburg soll ohne Zweifel Querfurt seyn; Zschwerm, unweit Halle; das alte Castrum und nachmalige Kloster Weissenburg, bei Zscheipliz; Burg Scheidingen; Mücheln; Bottendorf; Burg Werben; Oberschmon oder Schman; Merseburg; Holleben; Luideneburg ist vermuthlich Luderstett, oder auch der in dem Fürstenthum Querfurt gelegne, und noch jezt mit einem Schloß versehene, Lothariusberg, nach alter Aussprache Lutherberg.

Luitgeri, legaliter suscipientes, dedimus e contra præfato Abbati, juri ac dominio sancti Wigberti, & Advocato ipsius *Walthero*, secundum libitum utrorumque, per cartas & præcepta, nostre proprietatis curtem regiam, *Mossendorff* dictam, & quinquaginta mansos medie mensure in Pago *Hassega* & Comitatu *Sigefridi* Comitis, in villis *Cloboco* & item *Cloboco*, *Panicandorfi*, *Salzigunmande*, & *Millerendorf* dictis * sites, cum familiis & mancipiis utriusque sexus, & omnibus appenditiis, que aliquo modo dici aut nominari possunt, jure illuc pertinentibus. Predictas vero capellas decimationesque infra prelibatum terminum positas, quas concambii jure acquisivimus, ita, ut nobis tradite sunt, pro remedio anime nostre & contectalis nostre *Theophane* Coimperatricis Auguste, nec non & pro salvatione anime genitoris nostri equivoci & Coimperatoris Augusti, tradimus ad quendam locum *Mimilebo* dictum, in honorem sancte & individue Trinitatis perpetueque virginis Marie constructum, ubi idem Senior noster ultimam humane sortis ingressus est viam, & de nostro jure in jus & dominium Abbatis Monachorumque sibi subjectorum, quos inibi ad Dei servitium collegimus, funditus donando transfudimus, ea videlicet ratione, ut liberam potestatem habeant, prout eis visum fuerit, ad eorum utilitatem absque omnium contradictione securi libere disponant. Et ut hoc nostre donationis preceptum firmum stabileque per tempora succedentia permaneat, hanc cartam inde conscribi, annulique nostri impressione jussimus sigillari.

Hildiboldus Episcopus & Cancellarius ad vicem *Willigisi* Archicapellani recognovi.

Data XIII. Id. Junii, Anno Dominicæ Incarn. DCCCCLXXIX. Anno vero Regni *secundi Ottonis* XIII. Imperii autem XI.

Actum *Altstede*. Amen.

XXVI.

K. Otto II. schenkt dem Kloster Memleben Stadt und Kloster Wildeshausen, samt einigen umliegenden Orten im Münsterischen und Oldenburgischen.

d. 22. Sept. 980.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* divina providentia Imperator Augustus. Quomodo Regum vel Imperatorum predecessorum nostrorum, qui undecunque in exaltandis ecclesiis Dei studu-

* Die hier angeführten, in eben den Gau gehörigen, Orte sind die Dörfer Ober- und Niederglobigk, oder Globickau, in dem Merseburgischen Amt Lauchstädt, Benckendorf, Salzmunden und Mullerdorf, alle drei im Mansfeldischen, auf der linken Seite der Salza. Den Curtis regia Mossendorff kenne ich nicht, wenn nicht etwa das unter Merseburg gelegne Dorf Ockendorf zu verstehn ist.

studuerunt, si mores donationibus compleverimus, regni vel imperii nostri stabilitatem fuisse confidimus, idcirco omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam & futuris notum esse volumus, qualiter nos pro remedio domini genitoris nostri scilicet *Ottonis* Imperatoris Augusti, nec non pro statu & incolumitate regni vel imperii nostri, quoddam predium quod a quodam nostro amico beate memorie domino *Ludolfo* videlicet Episcopo * concambialiter mutuantes acquisivimus, sancte Dei genitrici Marie monachisque in *Mimilebo* die noctuque Deo &, ut diximus, sancte Dei genitrici Marie, ubi dominus genitor noster *Otto* Imperator Augustus vita corporali exutus est, famulantibus, in usum perpetualiter tradimus in locis subnotatis, *Wigildeshusun* cum monasterio sancti martyris Alexandri, *Ammeri*, *Laon*, *Toriburi*, in Comitatibus *Bernhardi* Comitis & *Egilhardi*, in pagis quoque *Leridersiburg* & *Ammeri* **, cum curtibus, edificiis, mancipiis, terris, possessis & impossessis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, bannum quoque & telonium in *Wigildeshusun*, seu

* Dieser Ludolf war im J. 978. als Bischof zu Osnabrück gestorben, und hatte in den umliegenden Gegenden seines Stifts mehrere Erbgüther, die er nach und nach veräusserte. S. Mösers Osnabrück. Gesch. Th. II. S. 11 ꝛc.

** Der Gau Leri begrif, wie man aus denen in Chron. Gottwic. p. 657, und Falke Tradit. Corbei. p. 85 &c. angeführten Orten sieht, die heutigen Bischöflich Münsterischen Aemter Meppen, Vechta und Kloppenburg, oder das sogenannte Embslandische Quartier, die Grafschaft Diepholz, das Hannövrische, ehmals zum Erzbisthum Bremen gehörige, Amt Wildeshausen, und einige anliegende geringe Distrikte der Grafschaft Oldenburg und Delmenhorst. Was aber in gegenwärtiger Urkunde bei dem Namen Leri der Anhang, dersiburg, seyn solle, ob der Abschreiber unrecht gelesen — wiewohl auch ein Extrakt dieser Urk. eben so lieset — oder ob etwa in dem an der Ems gelegnen Dorf Tresenberg der mallus publicus gewesen, und daher jener Gaunamen daraus, wider die sonstige Gewohnheit, zusammengesezt worden, muß ich dahin gestellt seyn lassen. Der Gau Ammeri stieß unmittelbar an den Leri, und begrif den grösten Theil der Grafschaft, oder des jezigen Herzogthums, Oldenburg. Von den geschenkten Orten ist Wigildeshusun die jezige Stadt Wildeshausen, mit ihrem vormaligen, dem heil. Alexander geweihten, Chorherrnstift, dessen Stiftungsbriefe Eccard. in Histor. Geneal. Saxon. super. p. 19 &c. abdrucken lassen. Laon ist der Münsterische Ort Lohn, unter Vechte gelegen, und Triburi eines von den beiden Dörfern Drebber, in der Grafschaft Diepholz, von denen eine besondre Vogtei den Namen hat. Diese drei gehörten, ihrer Lage und den angeführten Stiftungsurkunden nach, unwidersprechlich zu dem Gau Leri, dem auch damals der in der Urkunde angeführte Comes Bernhardus vorstand, wie aus einer andern gleichzeitigen Urk. vom J. 975. bei Möser l. c. Beil. XV. erhellt, wo er Dux genennt wird. Für den Gau Ammeri, oder die Grafschaft Egilhards, bleibt also nichts übrig, als der gleichgenannte Ort Ammeri, dessen Lage ich nicht angeben kann, wenn man nicht etwa das in dem Amt Wildeshausen gelegne Dorf Ammelhausen dahin deuten will, das aber, den umliegenden Orten nach, wohl eher dem Leri zugehört zu haben scheinen könnte.

ſeu cujuscunque modi utilitatis ad noſtrum jus teneri videbatur, ſancte Dei genitrici Marie monachisque, qui ſub regulari habitu ſancti Benedicti in Mimelebo Deo inceſſabiliter ſervientes, perpetuali traditione injunximus ita, ut nullus Comes ſeu Advocatus, aut aliquis publici ſiſci juris exactor, predicta loca aut villas ibidem pertinentes ingredi preſumat ad homines conſtringendos aut paratas faciendas vel parafredos tollendos, niſi Abbas aut Monachi ſeu Advocatus, quem ipſi ſibi utilem elegerint, teneant & poſſideant, & ſuis, ut libuerit, uſibus adjungant. Et ut hec noſtra traditio noſtris ſucceſſuriſque temporibus firmius habeatur, veriusque credatur, cartam hanc conſcribi ac noſtri ſigilli impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Hildiboltus Epiſcopus Cancellarius ad vicem *Willegiſi* Archicapellani recognovi.

Data X. Cal. Oct. Anno dominice incarnationis DCCLXXX. Indict. VII, Anno vero regni ſecundi *Ottonis* XX, Imperii autem XIII.

Actum *Walahuſun* in domino. Amen.

XXVII.

K. Otto II. ſchenkt dem Kloſter Memleben mehrere Orte in den Meisniſchen Gauen Daleminzien und Niſſizi.

d. 21. Jul. 981.

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Otto* divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium & futurorum cautela, qualiter nos, interventu & hortatu dilecte contectalis noſtre *Theophanæ* Coimperatricis Auguſte, pro remedio anime genitoris noſtri equivoci & Coimperatoris Auguſti, nec non & pro noſtra noſtrorumque ſalvatione, noſtre proprietatis caſtella quedam & loca in partibus Sclavonie, *Doblin* & *Hwoznie* nuncupata, in pago *Dalminze* ſeu *Zlomekia* vocato, juxta fluvium *Multha* dictum *, & alia quedam in ripa *Ælivie* fluminis

* Der von den Daleminziern, einer Sclaviſchen Nation, benennte Gau Daleminzia erſtreckte ſich zwiſchen der Freibergiſchen und Zwikauiſchen Mulda durch den gröſten Theil des heutigen Erzgebürgiſchen Kreiſes, und lief noch weiter bis Meiſſen hinauf, das ſelbſt noch hinein gehörte. Er führt auf Sclaviſch auch den Namen Glomazi, mit dem der hier vorkommende Zlomekia das nemliche ſagt. Die damaligen Urkundenverfaſſer wußten ſich in die Rechtſchreibung der Sclaviſchen Wörter nicht zu ſchicken, drucken ſie alſo auch noch veränderlicher aus, als ſie ſonſt ohnehin ſelbſt bei teutſchen Namen gewohnt ſind. Das angeführte Doblin iſt das Städtgen Döbeln, an der Freibergiſchen Mulda, was aber unter Hwoznie zu verſtehen ſei, getraue ich mit keiner Gewißheit zu beſtimmen. Von dieſem, und den übrigen Sclaviſchen Gauen, kann man auſſer dem Chron. Gottwic. vorzüglich Schlöttgens Geographie der Sorben-Wenden nachſehn, in deſſen diplom. Nachleſe der Hiſt. von Ober Sachſen Th. III.

nis *Pretok'na*, *Clotnie* & *Wozgrinie* vocata, in pago *Nikikivelme Zumroka* dicto *, in Comitatu *Ditmari* Comitis sita, ad quendam locum *Mimelebo* dictum in honorem sancte Dei genitricis Marie cum monachis sub monastica institutione & regula degentibus a nobis speciali devotione & sumptu inceptum & constructum, ubi idem jam prefatus genitor noster diem fortitus est ultimum, cum Burgwardiis & omnibus utensilibus illuc rite pertinentibus, in proprium tradimus in mancipiis utriusque sexus, edificiis, terris cultis & incultis, areis, vineis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, pratis, pascuis, campis, viis & inviis, exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis & omnibus utilitatibus que adhuc dici aliquomodo aut nominari possunt, ea videlicet ratione ut Abbas cum monachis in predicto loco Mimelebo Deo famulantibus liberam inde teneat potestatem tenendi, commutandi, seu ad eorum necessaria, prout eis visum fuerit, constituendi atque disponendi. Et ut hec traditionis nostre donativa per tempora succedentia a nullo unquam divelli vel inquietari possit, hoc nostre majestatis preceptum inde conscribi manuque propria subtus notatum sigilli insuper nostri impressione jussimus sigillari.

Hildiboldus Episcopus & Cancellarius ad vicem *Willigisi* Archicapellani notavi.

Data XII. Cal. Aug. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, Anno vero regni *secundi Ottonis* XXI, Imperii autem XIV.

Actum *Walahusun*.

XXVIII.

K. Otto II. schenkt dem Kloster Memleben benannte Orte und Schlösser im Havelgau, in der Grafschaft Marggraf Dietrichs.

d. 21. Jul. 981.

In nomine sancte & individue trinitatis *Otto* divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presencium quam & futurorum cautela, qualiter nos interventu & petitione dilecte contectalis nostre *Theophanie* Coimperatricis Auguste pro remedio anime nostre & genitoris nostri æquivoci, Coimperatricis nostre pietatis ductu loca quedam & Castella in partibus *Sclavonie*, *Nienburg*, *Dubie* & *Briechowa* dicta, in pago *Hevellon* nuncupato, in Comitatu *Dieterici Marchionis* juxta fluvium *Havela* dictum sita, ad quendam locum *Mimelebo* dictum in honore sancte Dei genitricis semperque virginis Marie cum monachis sub monastica institutione

* Nikikivelme ist mit dem Gau Nisizi oder Nizizi einerlei, der hier auch den Sclavischen Namen Zumroka führt, und sich an den Ufern der Elbe, oder, wie sie hier genennt wird, Ælivia, nach dem Einfluß der Freibergischen Mulda zu, erstreckte. Vergl. Schöttgen l. c. S. 418 rc. Pretokina ist das Städtgen Pretsch an der Elbe, Clotnie das unmittelbar gegen über liegende Clöden, beide unter Wittenberg; Wozgrinie ist wahrscheinlich das nah bei Pretsch gelegne Dorf Otterwitz.

ſtitutione & regula degentibus a nobis noſtraque conteſtali Theophana ſpeciali devotione & ſumtu inceptum & conſtructum, ubi idem jam prefatus genitor noſter diem ſortitus eſt ultimum, cum Burgwardiis & omnibus utenſilibus illuc rite pertinentibus in perpetuum tradidimus in mancipiis utriusque ſexus, edificiis, terris cultis & incultis, areis, vineis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, pratis, paſcuis, campis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & omnibus utilitatibus, que adhuc dici aut nominari poſſunt, ea videlicet ratione ut Abbas cum monachis in predicto loco Mimelebo Deo famulantibus liberam inde teneat poteſtatem tenendi, commutandi, ſeu ad eorum neceſſaria, prout eis viſum fuerit, conſtituendi atque diſponendi. Et ut hec traditionis noſtre donative per tempore ſuccedentia a nullo unquam divelli vel inquietari poſſint, hoc noſtre majeſtatis preceptum inde conſcribi, manuque propria ſubtus notatum ſigilli inſuper noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Hildeboldus Epiſcopus & Cancellarius ad vicem *Willegiſi* Archicapellani notavi.

Data XII. Cal. Aug. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, Anno regni *ſecundi Ottonis* XXI, Imperii autem XIV.

Actum *Walahuſun* in nomine Dni. Amen.

XXIX.

K. Otto III. freiet das von Graf Eckhard geſtiftete Kloſter Helmershauſen, und ertheilt ihm zugleich Münz= Zoll= und Marktgerechtigkeit. *

d. 8. Oct. 998.

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Otto* &c. Sicut Imperiali Majeſtati prodeſt, ac temperat Imperii ſtatum atque ſalutem, præcipue tamen ad æterni retributionem præmii, Eccleſiam Dei ſuis beneficiis cumulare atque augere; ita quoque, ſi ſibi ſubjectis, hoc idem pro divine charitatis amore facere volentibus, aſſenſum, favorem atque auxilium prebuerit, indubitanter proficere ſibi credimus atque prodeſſe. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum noverit univerſitatis induſtria, qualiter *Eccardus* Comes noſter fidelis divino tactus amore charitatis, ex concordia & petitione ſuæ conteſtalis *Mathilde*, & ex impetrato aſſenſu noſtro

* Im J. 1000 XI. Kal. Maji ertheilt eben dieſer K. Otto dem Kloſter ein gleiches, obgleich nicht ſo umſtändliches, Privilegium, das nur darin von dem gegenwärtigen abgeht, daß, nach Graf Eckhards Tod, nicht auch deſſen Kindern und Nachkommen das Vogteirecht vorbehalten wird: Et poſt ipſius (Gr. Eckhards) obitum Abbas ejusdem monaſterii communi conſultu - habeat licentiam eligendi potenter Advocatum idoneum ad tale officium. Eben ſo reden die folgenden Privilegien Pabſt Silveſters II, Beil. XXX, und K. Henrichs II, Beil. XXXIII, davon.

noſtro & conſilio, quandam ſui Eccleſiam in loco qui *Helmwardeshauß* dicitur, in Comitatu *Dudiconis*, ac in *Pago Angira* ſitam, cum territoriis ac Corte, cæterisque ejusdem prefati loci Helmwardeshuſen pertinentiis, beato Petro principi Apoſtolorum per manus Dni *Silveſtri* ſummi & univerſalis Pontificis contradidit, ea videlicet ratione & pacto, ut in eodem loco monaſterium & monachorum congregatio conſervetur ac firmo robore ſtabiliretur. In quo ſcilicet loco juxta ejus *Eccardi* Comitis devotam petitionem, ac ob fidelis ac multiplicis ſui reſpectum ſervitii, & ob promerendam illius conventus perpetuam orationem commodiorem, noſtro Imperiali privilegio ac confirmationis precepto fundum ipſum, monaſterium & congregationem, cum omnibus ſibi pertinentibus, perpetua libertate atque immunitate donare ac roborari decrevimus atque ſtatuimus, ita videlicet, ut nullus Succeſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum predictum locum alio tradere vel commodare preſumat. Quecunque ergo in prediis, atque aliis eccleſiaſtice rei utenſilibus, ab ipſo jam dicto fundatore, vel ab alio quolibet religioſo, pro temporali ſive pro æterna ſalute, vel pro defunctorum remedio animarum, eidem monaſterio oblata vel condonata fuerint, eadem libertate ſub ejusdem congregationis providentia retineri judicamus atque conſtituimus. Inſuper quoque jam dicti monaſterii congregationi, cunctisque eidem monaſterio ſubditis, prenominatum Comitem *Eccardum* Advocatum ſancimus eſſe ponendum. Et quicunque poſt ejus obitum in ipſius progenie major natu viſus fuerit extitiſſe, ejusdem Advocationis jure decrevimus eſſe preficiendum. Hiis autem de medio factis, Abbas ejusdem monaſterii, qui pro tempore fuerit, communi fratrum concilio eligat loco & congregationi utilem & competentem Advocatum. Tradimus etiam predicto loco in perpetuum quecunque Imperiali dinoscuntur juri ſubeſſe. Quivis Abbas plenariam habeat poteſtatem ibidem monetam formandi, theoloneum recipiendi, ſtatuendi, habendi mercatum & nundinas, publicas & forenſes cauſas auctoritate banni noſtri decidendi, & idem Cenobium omnibus libere fungatur Imperialibus honoribus, ſicut *Nova Corbeia*, que huic contermina eſſe dinoſcitur. Precipientes itaque noſtra Imperiali jubemus poteſtate, ut nullus judex, aut aliqua judiciaria poteſtas, vel publica magna aut parva perſona, cujuscunque ſit conditionis vel dignitatis, in jam dicto monaſterio, vel locis eidem monaſterio ſubditis vel pertinentibus, placitum tenere, diſtrictum facere, paraſredos aut aliquam functionem vel penſionem publicam, noſtrum ſervitium regale, vel ſervitii redemptionem, exigere, nullusque in eis domibus, ſine ejusdem loci Abbatis aut congregationis aſſenſu & voluntate, manſionaticum habere preſumat. Et ut hoc noſtre Imperialis auctoritatis & confirmationis preceptum firmius ac robuſtius omni tempore maneat & perſeveret, hoc privilegium inde conſcriptum noſtri ſigilli impreſſione ſignari jubentes manu propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domini *Ottonis* inviſtiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice *Vullegiſi* Archiepiſcopi recognovit.

Data

Data VIII. Idus Octobr. Anno Dominicæ Incarn. DCCCCXCVIII. * Indict. XI. Anno autem *tertii Ottonis* regnantis XIV, Imperii vero II.

Actum *Aquisgrani* in Palatio feliciter. Amen.

XXX.

Pabst Sylvesters II. Privilegium für das von Graf Eckhard gestiftete Kloster Helmershausen.

im April 1000.

S*ilvester* Episcopus servus servorum Dei, omnibus recte fidei orthodoxis. Si loca vel monasteria a religiosis personis ac devotis constructa nostra pontificiali potentia corroborare conamur & sublimare, hoc procul dubio & ad præsentis vitæ nostræ statum, & ad æternæ beatitudinis premium nobis profuturum fore credimus. Quapropter in Christo fidelibus nostris præsentibus scilicet & futuris notum esse volumus, quomodo *Eckehardus* Comes & uxor ejus *Mathilda* pro earum animæ remedio, eorumque presentium **, in quodam suæ proprietatis loco, *Helmwardeshusen* dicto, Monasterium & Monachorum congregationem in honore sancti Salvatoris mundi amplifico benignitatis conamine construxerint, cum omnibus sibi pertinentibus, & que ab hac hora in antea sibi fuerint data. Igitur Apostolica austhoritate ratum esse volumus, ut prædictum Monasterium suo honore fungatur, sicut Corbeiensis Abbatia fungi dinoscitur, res etiam sui juris libere possideat, cuncta scilicet loca urbana vel rusticana, diversaque prædia, culta & inculta, cum omnibus eorum appenditiis, quæ aliquibus Christianis concessa sunt vel concedantur. Monachis quoque inibi Deo servientibus liceat secundum regulare beati Benedicti decretum eligere sibi Abbatem. Insuper etiam placet authoritati nostræ, ut prælibatus constructor monasterii Advocatione utatur, quamdiu superstes est, sed post ipsius decessum potenter eligat sibi Abbas cum fratribus quemcunque utiliorem probaverint. Si quis autem contrario ausu, quod fieri non credimus, contra hujus nostræ Apostolicæ confirmationis scripta venire temptaverit, sciat se Dni nostri Apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo & atrocissimis ejus pompis, ac cum Juda traditore Dni ac salvatoris nostri Jhesu Christi in æternum

* Es steht in dem alten, der Schrift nach wahrscheinlich ins vierzehnte Jahrhundert gehörigen, Copialbuch, aus dem ich diese und die folgenden Helmershäuser Urkunden genommen, das Jahr DCCCCXCVII: es ist aber hier soviel gewisser ein Strich ausgelassen, und das folgende Jahr 998. zu verstehen, da in der Urkunde des Pabst Sylvesters II. gedacht wird, der erst den 2. April 998. erwählt worden; auch stimmt die Indiction damit überein, und Falcke, der sich in Tradit. Corbei. p. 546 auf diese Urkunde berief, und sie dereinst abdrucken zu lassen versprach, setzt sie gleichfalls ins J. 998.

** Hier muß ein Wort ausgelassen seyn, vermuthlich heredum.

æternum ignem concremandum, simulque in voragine tartaria demissum, ut cum impiis deficiat. Qui vero custos ac observator hujus nostri privilegii extiterit, benedictionis gratiam & vitam æternam a Dno consequatur.

Scriptum per manus *Petri* Notarii & Scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Dni *Silvestri* Pontificatus Anno *tertio*, in mense Aprilis. Indict. XII. *

XXXI.

Kaiser Otto III. verleiht dem Kloster Helmershausen Markt- Münz- und Zollgerechtigkeit. **

d. 30. April 1000.

In nomine sancto & individue trinitatis. *Otto* Dei gratia Rhomanorum Imperator Augustus. Omnis fidelium nostrorum tam præsens quam futura comperiat turba, qualiter nos interventu *Eckhardi* Comitis, maxime vero ob amorem Dei omnipotentis, *Haulfo* sancte *Helmardeshusensis* Ecclesiæ venerabili Abbati concessimus, largiti sumus ac firmiter dedimus potestatem atque licentiam in eodem loco *Helmwardeshusen* dicto, in Comitatu *Dodiconis* Comitis in Pago *Angera* sito, faciendi, habendi & constituendi mercatum, monetam constituendi, theloneum accipiendi, ibique totius publice functionis negotium decrevimus colendum. Unde imperiali jubemus potentia, ut omnes negotiatores ceterique mercatum excolentes, commorantes, euntes & redeuntes, talem pacem talemque justitiam obtineant, qualem illi detinent, qui *Moguntiæ*, *Coloniæ* & *Trutmanniæ* *** negotium exercent, talemque bannum persolvant, qui ibidem mercatum inquietare vel infringere præsumant. Idem mercatum cum jam dicta functione, moneta, banno & theloneo in proprium tradimus memorato Cœnobio suisque rectoribus in perpetuum. Et ut hæc traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari precepimus.

Signum Domini *Ottonis tertii* invictissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius vice *Willigisi* Archiepiscopi recognovit.

Data P. Kal. Maji. Anno Dominice incarnationis *Millesimo*. Indict. XIII, anno *tertii Ottonis* regnantis XVI, Imperii IV.

Actum *Aquisgrani* feliciter.

XXXII.

* Pabst Sylvester II. wurde, nach der wahrscheinlichsten Meinung, den 2. April 998. erwählt; das dritte Jahr seiner Regierung fällt also ins Jahr 1000: auf diesen Fall ist die angegebene Indiction falsch, und muß Indict. XIII. seyn.

** Kaiser Konrad II. bestätigte im J. 1033. dem Abt Wino von Helmershausen dieses Privilegium beinah mit den nemlichen Worten, nur daß damals das Kloster in Comitatu *Bennonis* Comitis lag, und diese Bestätigung hat Schaten. Annal. Paterb. T. I. p. 492 abdrucken lassen.

*** Die Reichsstadt Dortmund.

XXXII.

Kaiser Henrich II. schenkt das Domanialguth Gerau, im Oberrheingau, an das Bisthum Worms. *

d. 18. Aug. 1002.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus quam futuris; qualiter nos ob interventum & petitionem *dilectæ nostræ contectalis Cunigundæ*, & *Willigisi* venerabilis Mogontiensis Archiepiscopi, nec non *Heinrici* Wirciburgensis antistitis, quandam nostræ proprietatis curtem, nomine *Geraha*, in pago qui vocatur *superior Rinihgouve* & in comitatu N. Comitis, cum omnibus ad eandem curtem juste & legaliter pertinentibus, mobilibus & immobilibus, quæsitis & inquirendis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, viis & inviis, exitibus & reditibus, campis, silvis, venationibus, molendinis, aquis aquarumque decursibus, ac ceteris, quæ quolibet modo vocari possunt, appenditiis, ecclesiæ sancti Petri principis Apostolorum, videlicet intra *Wormatiæ* civitatis murum constructæ, ejusque provisori ac rectori, scilicet *Burchardo* pontifici, ad integrum donavimus. Et ut hæc nostre traditionis auctoritas stabilis firma & inconvulsa permaneat, hanc præcepti nostri paginam inde conscriptam, manu propria roborantes, sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Egilbertus Cancellarius ad vicem *Willigisi* Archicapellani recognovi.

Data XV. Kal. Septembris Anno incarnationis Dominicæ M. II. Anno vero Domini Heinrici regnantis I. Indictione XV.

Actum *Duisburg* feliciter. Amen. **

XXXIII.

* Ich hole diese, die Obergrafschaft Katzenelenbogen betreffende, Urkunde, die ich der Güte des berühmten Hrn Hofr. Lamei zu danken habe, hier noch nach, weil sie mir bei der Herausgabe des ersten Theils fehlte. Sie ist aus dem bekannten Chartulario Wormatiensi genommen, aus dem schon Scheid in Orig. Guelf. T. IV. so schöne Urkunden hat abdrucken lassen.

** Unter eben dem Jahr 1002. meldet ein Hersfeldischer Urkundenextract: Henricus II. Rex *Reginaldo* Abbati in *Mimeleiben* privilegium concedit, ut illud monasterium eodem jure ac stabilitate utatur, qua utuntur cetera loca sui juris, Fuldensis, Corbeiensis & Augensis, cum libero jure eligendi aut deponendi suos Abbates.

XXXIII.

K. Henrich II. bestätigt dem Kloster Helmershausen seine Privilegien. d. 7. Mai 1003.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet & futuris, qualiter nos simplicibus *Hauksi* Abbatis precibus pro divino amore condescendentes quoddam sancti salvatoris monasterium in loco *Helmwardeshusun* dicto, in Comitatu vero *Dudiconis* & in Pago *Angira* situm, cui idem Abbas presidere videtur, in nostrum mundiburdium & regie immunitatis tuitionem suscepimus, statuentes & per hoc - - Monachis ipsius loci talem deinceps legem, qualem *Corbeia* - - Monasteriaque publica videntur habere, ita, ut nec idem monasterium, nec terra ejus, nec homines in ea residentes, aliquod seculare servitium in perpetuum alio inviti sive coacti persolvant. Omnia vero, quæ aliqua fidelium oblatione, sive dono aut voto, inibi collecta fuerint, sub eadem libertate Abbati Monachisque ejusdem loci, remota omnium personarum contradictione, deserviant. Habeant etiam licentiam eligendi sibi Advocatum, quem suis monasteriique usibus utilem esse perspexerint, hoc per nostram manus tenentiam superaddito, ut nullus sive Comes, seu aliqua hominum magna seu parva persona, in jam dicto monasterio, sive in omnibus, que ad illud pertinent, placitare, parafredos aut aliquam publicam functionem exigere presumat, nullumque in eis domibus sine Abbatis aut congregationis assensu mansionaticum habere presumat. Et ut hæc nostra regalis auctoritas nunc & in futuro firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes sigillare jussimus.

Egilbertus Cancellarius vice *Willikisi* Archiepiscopi recognovit.

Data Nonas Maji, Anno Dominicæ Incarn. M.III. Indict. I. Anno vero Dni Henrici Regis I. Actum *Merseburgk.* *

XXXIV.

K. Henrich II. schenkt dem Kloster Helmershausen das unbenannte Prädium eines gewissen Adelgers. d. 30. Jan. 1007.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* divina clementia Rex. Si Ecclesias Dei alicujus rei dono amplificare vel meliorare studuerimus, hoc nobis profuturum esse minime dubitamus.

* Unter eben dem Jahr 1003. führt ein Hersfeldischer Urkundenextract an: Henrici Imp. confirmatio trium Capellarum *Altstætt*, *Osterhusen* & *Riedstett*, cum decimationibus in *Frisoneveld* & *Hassega*, quas *Reginharius Halberstadensis* Episcopus Ecclesiæ Hersfeldensi abstulerat; item tertia est donatio Henrici de foresto *Obelauben* & *Mildenbach*. Vergl. oben Beil. II. not. und Beil. XXV.

tamus. Quapropter noscat omnium fidelium nostrorum præsentium videlicet ac futurorum industria, qualiter nos interventu *Brunonis* dilectissimi Augustensis Episcopi *fratris* videlicet nostri, nostreque animæ remedio, totum predium, cum familia utriusque sexus in eodem predio residente, quod hereditario jure ab *Adilgero* beate memorie Presbitero nostre regali potestati successit, sito in viculis, in Comitatu vero *Hermanni* Comitis, Cenobio & monasterio in honore sancti Petri Apostolorum principis constructo ac dedicato in loco *Helmwardeshusen* nominato, hac nostra perpetuali atque regali pagina, cum omnibus ejus pertinentiis, ea videlicet ratione concedimus, ut nulla regni nostri persona prefatum Cenobium ejusque Abbates sive Rectores inquietare vel molestare audeat. Et ut hec nostre donationis pagina stabilis & inconvulsa permaneat omni tempore, hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini *Henrici* Regis invictissimi.

Everhardus Cancellarius vice *Willigisi* Archiepiscopi recognovit.

Data III. Kal. Febr. Anno Dominice incarnationis millesimo VII. Indict. III. Anno Domini *Henrici secundi* regnantis V.

Actum *Mulinhusen* feliciter. Amen. *

XXXV.

* Eben dieser Kaiser Henrich II. schenkte im J. 1013. der Abtei Hersfeld ein beneficium in *Sualmanaha*, einem ausgegangnen Ort bei Schlitz in der Wetterau (s. Schann. Tradit. Fuld. n. 626 p. 262. Buchon. p 375. 380.) Im J. 1015. übertrug er dem Hersfeldischen Abt Arnold das reiche Kloster Memleben an der Unstrut, worüber die Urk. in Moniment. Hass. Coll. III. p. 250 vollständig abgedruckt worden. In eben dem J. vertauschte er mit dem Abt Arnold ein prædium in villa *Rietstatt* (Riedstett, über Sangerhausen) gegen sex mansos in villa *Buno* in Pago *Hessigowe* (entweder Altenbaun oder Kirchbaum bei Cassel), und bestätigte in einer andern Urkunde einen zwischen dem Bisthum Bamberg und der Abtei Hersfeld getrofnen Tausch, wie ein Hersfeldischer Urkundenextrakt sagt, super quatuor Curtibus in *Stottenhaimb* (Stockheim im Würzburg. bei Mellrichstadt), *Wanlebenhusen*, *Wereda*, (Werda im Kanton Rhönwerra, oder Werda, im Bamberg.), & *Wmch* (vielleicht Wörgau, zwei Meilen von Bamberg); & duobus prædiis in *Wanfriden*, *Ludenfridenshusen* (vielleicht Lendwidershausen, der vormalige Namen des heutigen Jesbergs in Niederhessen rc.); ertheilt ferner noch in eben dem Jahr der Abtei eine Urkunde über den Zehenden in Muffendorf, und im J. 1024. eine andre super Fuldensem & Hersfeldensem familiam.

Im J 1016. schenkte K. Henrich das Dorf Herolzhusen oder Herleshausen, A. Sontra, an das Kloster Kauffungen.

Unterm J. 1028. meldet ein Hersfeldischer Urkundenextrakt: Quidam nomine *Hageno* Archiepiscopo Moguntino donat prædium in villis *Nouburgeroth* & *Altenfelt* (vermuthlich Neuenrode bei Eschwege, und Altenfelt in dem Cassel. Amt Sontra.)

XXXV.

Erzb. Luitpold von Mainz vergleicht sich mit dem Abt Meginher von Herßfeld über Synodalstreitigkeiten und einige in Anspruch genommene Kirchen und Zehenden. *

d. 27. Aug. 1057.

In nomine patris & filii & spiritus sancti. Sit pax & gaudium omnibus pacem & veritatem diligentibus, conversio & correctio veritati & justitiæ obnitentibus. Quomodo rerum & eventium multis modis variatur inequalitas, & de instabilitate semper est suspecta posteritas, idcirco quod modernis geritur temporibus prudenti consilio est agitandum, & ut inconvulsum ratumque permaneat firma & nodosa est adstipulatione roborandum. Hujus rei gratia ego *Luipoldus* divina miserante gratia *Moguntiae* sedis Archiepiscopus hujus testamenti cautionem notum volo fieri tam modernis quam posteris, tributo mortalis vitæ obnoxiis, qualiter consensu & autoritate Serenissimi Regis nostri *Henrici quarti*, consilio etiam & assensu fidelium nostrorum, tam Clericorum quam Laicorum, comprobavimus & suscepimus petitiones viri venerabilis *Meginheri* Abbatis *Herisfeldensis* Ecclesiæ inter professores & rectores cenobialis vitæ autoritate dignissimi, quibus deposcebat, ut liceret ei bonis suis recompensare & pacificare omnes proclamationes Synodales, quas Chorales Episcopi ** & Advocati nostri habebant super terminos & decimas ad suam Ecclesiam pertinentes. Nos autem Christianæ pacis amplectentes quietem, assensum, ut prædictum est, ejus præbuimus petitionibus, ita dumtaxat, si ita vellet recompensare, ut utrique parti videretur æquabile. Habitis vero pluribus hinc inde consiliis, tandem in hoc consensimus in unum, quod ipse tradidit per manum *Advocati sui Udonis*, ecclesiæ sancti Martini Moguntiæ quicquid Herveldensis Ecclesia habuit in villa *Einlohun* & in *Lindenhoven*, & in *Scornesheim* *** Ecclesiam, & quicquid ibi habebat, cum mancipiis & omnibus quæ illuc aspiciuntur, exceptis duobus Clericis, quorum unus dicitur *Racman*, alter *Wolmari*; tradidit etiam unum mansum in *Buodenheim* ****. Prædicta ergo loca confirmavit Ecclesiæ nostræ eodem jure & eadem lege, qua Ecclesia sua habuit, in silvis, in agris, in pascuis, in aquis, cum mancipiis, & omnibus appenditiis & utilitatibus, eo videlicet pacto & tenore, ut his bonis sit recom-

* Ein Extrakt dieser Urkunde, mit Auslassung der Namen der Orte, und der Zeugen, steht in Kopps Abhandl. von den Hess. Gerichten Th. I. Beil. I.

** Der angeführte Extrakt lieset *Chorepiscopi*.

*** Die Dörfer Eichloch und Schornsheim liegen in der Pfalz, unweit Oppenheim und Alzey. In eben dieser Gegend muß auch Liutenhofen oder Leutenhofen zu suchen seyn.

**** Das Mainzische Dorf Bodenheim, über den vorigen, am Rhein.

recompensatum & perpetualiter pacificatum quicquid nos & Chor: episcopi & Advocati nostri synodaliter habebamus proclamare * super decimas & terminos Ecclesiarum in locis quæ ita nominantur: *Louhabe*, *Oterabo*, *Grabenowa*, *Gruose*, & ut terminatum sit litigium, quod erat inter Ecclesiam de *Oteraba* & *Heidilbabe* **, & ut nos recompensemus quod *Comes Hermannus*, & ejus coheredes & successores, juste proclamandum habebant super Ecclesiam de *Heidelbabe*, & ut de cetero perpetualiter terminatæ sint omnes synodales proclamationes, quas nos & Chor: episcopi & Advocati nostri hactenus habebamus super omnes decimas, quas Herveldensis Ecclesia habet *in regione Francorum*; & ut ratum firmumque sit concambium de *Widenrode* ***, quam villam præcepto nostro tradidit Hereveldensi Ecclesiæ Advocatus Ecclesiæ nostræ *Sigebodo*. Pro quo concambio suscepit idem Sigebodo in proprietatem Ecclesiæ nostræ Ecclesiam de *Scornesheim* cum omnibus, quæ in eadem villa & illuc aspicientia habebat Herveldensis Ecclesia. Ut autem rata sit recompensatio prædictarum decimarum & concambium prediorum perpetuo temporum processu apud omnes Moguntinæ Sedis Archiepiscopos & eorum Advocatos, & apud omnes Herveldenses Abbates, eorumque defensores, decrevimus communi assensu pactiones nostras, primum, ut oportet, Ecclesiastica, dein *ingenua Francorum lege* taxatas & firmatas apicibus annotari, & firma testamenti cautione roborari, subinde inscribi Advocatos traditores & testes, & sic demum adhibitis omnibus quæ stabilem firmitatem possunt præstare, & mutationem devitare, signari precepimus Sigilli nostri impressione. Si quis vero Successorum utriusque partis quæ nunc acta & pacta sunt inter nos attemptare presumserit, aut revellere temptaverit, violatam Ecclesiæ pacem gehennalibus incendiis luat, & quod repetit nequaquam obtineat, sed traditio & pactio nostra stabilis perpetuo maneat & fixa, legitima autorum, traditorum, & testium stipulatione subnixa, quorum signa & nomina subter videntur asscripta. Primus autor & firmator & testator hujus pactionis & testamenti Ego *Liupoltus* Dei gratia Moguntinæ Sedis Archiepiscopus, dein Dominus Abbas *Meginherus* Herveldensis Ecclesiæ. Testes vero hi sunt:

Embricho Archipræpositus.
Hildelinus Camerarius.
Bernhartus Chor: episcopus.
Arnoltus Chor: episcopus.
Razo, *Humberhtus*, *Diemo*, *Diedolfus*, *Geroldus*.

Laici

* *proclamare* ist hier so viel, als vendicare, repetere, Anspruch machen. V. du Fresne. Eben dieses gilt von dem vorhergehenden proclamatio.

** Das Solmsische Städtgen Laubach, in der Wetterau, und die Hessische Dörfer, Otterau, Amt Neukirchen, Grebenau, A. Melsungen, Grüßen, A. Rosenthal, Heidelbach, A. Alsfeld.

*** Das Hess. Dorf Witterode, oder Weiterode, A. Rotenburg.

Laici testes hi sunt:

Sigibodo urbis Comes.

Udo Advocatus Abbatis.

Gerlahc, *Willibelm*, *Diedo*, *Cuno*, *Folcmar*, *Meingoz*, *Babo*, *Willibelm*, *Sigewere*, *Sigefrit*, *Adelerbtus*, *Bubo*, *Adelbraht*, *Sigebodo*, *Udalric*, *Heinric*, *Heriman*, *Eberhart*, *Heriman*, *Wortwin*, *Godefrit*, *Engelbraht*.

Acta sunt hæc publice apud *Mogontiam*, præcepto Serenissimi Regis *Henrici quarti*, & consensu venerabilis Archiepiscopi *Liupoldi* & Domini Abbatis *Meginheri*, Anno ab incarnatione Domini MLVII. Indict. X. VI. Kal. Sept. regnante eodem Serenissimo Rege *Henrico quarto*, Anno primo Regni ejus.

XXXVI.

Abt Ruthard von Hersfeld bringt das Schwarzburgische Dorf Sittichendorf an sich.

1059 - 1072.

Notum sit omnibus tam præsentis quam futuri temporis, quod ego *Ruthardus* indignus Abbas monasterii Herveldensis curtim quandam *Sibichindorff* * acquisivi a *Gerhardo* fratruele meo, quam & per manus Advocati & tutoris sui *Linthardi*, *fratris mei*, tradidit ad altare S. Wigberti traditione legitima tenendam & possidendam in perpetuum. Sed idem Liuthardus usum fructuarium supradictæ curtis quamdiu viveret a Gerhardo sibi antea acquisierat. Unde ego timens, ne qua contentio fieret ex ea re postmodum, effeci apud eum, ut hunc ipsum usufructuarium ex toto nobis remitteret & condonaret, ea scilicet pactione constituta & utrinque approbata, ut ei per singulos annos, quamdiu in hac vita superstes fuerit, unam Crusinam, quam vulgariter dicunt *Grawam*, dare debeam ego, vel quicunque Deo volente meus successor fuerit; & hoc semper in festivitate S. Wigberthi persolvatur a modo & quamdiu ipse supervixerit. Utque hæc traditio & constitutio rata maneat atque inconvulsa, cartulam nostram exinde conscriptam sigilli nostri impressione signamus & corroboramus. Hanc autem traditionem viderunt & audierunt testes, qui subter ascripti sunt: *Udo Advocatus*, *Meginfrid* Comes, *Sizo* Comes, Reginwere & filius ejus Gedebolt, Alewic, Rimis, Sindolt, Folchart, Ecbraht, Gozmar, Diedo, Folcbraht, & alii quam plures servilis & ingenuæ conditionis. **

XXXVII.

* Sittichendorf, im Schwarzburg-Rudolst. Amt Kälbra.

** Die Urkunde hat kein Datum:. Abt Ruthard aber, der sie ausstellt, stunde der Abtei von 1059 - 1072 vor.

Im

XXXVII.

Abt Hartwich von Hersfeld bringt von einem gewissen Sigebodo das Prädium Vierbach, gegen die lebenslängliche Nutzung der Dörfer Eltmanshausen und Niddewitzeshausen, an sich.

1073.

In nomine Domini. Ego *Hartwigus* Dei gratia *Herveldensis* Cenobii Abbas notum facio omnibus Christianæ fidei cultoribus, tam præsentibus scilicet quam futuris, quomodo quidam ingenuus homo, nomine *Sigebodus*, multis apud me obtinuit precibus, quatenus ei jam pro senectute quietem amplectendi concederem, quamdiu viveret, in usum & subsidium vitæ suæ duo nostri juris loca *Nidiwizeshusun* atque *Eltwineshusun* *, & ipse vicissim nobis tribueret in perpetuum suum quoddam prædium quod vocatur *Vierbeche* ** ad centum mansos in Pago *Germarsmarca & in Comitatu Ruggeri* Comitis, cum mancipiis utriusque sexus, cunctisque pertinentiis, terris videlicet, cultis & incultis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, sive molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis vel inquirendis, seu cum omnibus quæ dici vel nominari possunt utilitatibus. Sed ego Hartwigus Abbas ad stabilitatem hujus rei sufficere non credens, quod ille cum juramento firmavit in Ecclesia Herveldensi super altare S. Wigberti feria quinta, quæ tunc erat X. Kal. Novemb., se liberam habere potestatem hujus traditionis. Propter hoc ego feci conventum fieri in foresto *Vierbeche* sub præsentia *Ruggeri Comitis*, ibique iterum juravit cum XII. suæ conditionis hominibus, quod ipse liber & ingenuus liberam haberet potestatem tradendi supradictum prædium cuicunque vellet, & ut nullus ex suis heredibus posthac justam proclamationem vel quærimoniam inde habere posset. Ad hæc *Ruggerus Comes* cum *fratre suo Eberhardo* consensit, simul & plurima quæ tunc aderat multitudo consensit. Tum vero, sicuti utrinque decretum atque firmatum est, supradictus Sigebodo totius suæ circa illud prædium proprietatis jure se exuit & penitus abdicavit,

Im J. 1065. ertheilte K. Heinrich IV. der Abtei ein Privilegium über zehn mansos in *Hohenburgk*, oder der Stadt Homberg in Hessen; im J. 1071. einen Schenkungsbrief in Ansehung der villa *Martinesfeld* in *Pago Germarsmarca*, worunter das Dorf Martenfeld, auf dem Eichsfeld, unweit Heiligenstadt, zu verstehn ist. Nach einer andern Urkunde von eben dem J. 1071. wird die Ecclesia in *Nyhausen*, oder Neuhaus, in dem davon benannten Coburgischen Amt, der Abtei Hersfeld zuerkannt.

* Die Hess. Dörfer Eltmanshausen und Niddewizhausen, eine Stunde von Eschwege, im Gericht Bilstein.

** Das Flüßgen Vierbach entspringt auf dem Meißner, im Gericht Bilstein, und gab sowohl dem folgenden Wald, als prædio den Namen. Die Grenzbeschreibung des leztern kommt unten Beil. XLI. unterm J. 1096. vor.

cavit, & sese contulit inde in ea quæ pro eo ad concambium acceperat loca, quæ & annum unum ac fere dimidium possedit quamdiu vixit. Atque ego Hartwigus Abbas jure datum & jure acceptum illud prædium ex tunc possedi absque omni contradictione tot tantisque testibus suæ fidei interpositione confirmantibus hanc traditionem juste ac legitime factam esse. Testes autem sunt isti: *Ruggerus Comes & frater ejus Eberhard, Erdag & frater ejus Rubrathet, Johannes filius ejus, Brunwart, Eltwin, Diedo, Ludeger, Meinwart, Rudewart, Welthere, Bodo, Hiltwart, Herman, Cristan, Ebo,* & alii plurimi, quos longum est hic describi. Et ut tutior esset apud posteros atque firmior hæc ipsa traditio, ex his isti juraverunt sicuti eis justitiæ & veritatis erat certa cognitio: *Hiltwart* & *Diedo* de *Neddere, Herman, Rubrath, Eltwin, Brunwart, Bodo, Meginwart, Cristan, Rudewart, Ebo.* Ipse Sigebodo erat XIImus ab omni infamia quamdiu vixit liber, sicuti *nobilitate præclarus.* Hanc conscriptionem ego *Hartwigus* Abbas fieri ideo præcepi, & insigniri signaculo Sancti Wigberti, ut sciant præsentes & futuri, quomodo & sub quibus testibus hæc traditio facta sit, & quod cum diabolo & angelis ejus in ignem æternum domnandus sit quisquis hæc infringere tentaverit. Anno ab incarnatione Domini M LXXIII.

Acta sunt hæc temporibus *Henrici quarti* Regis, cujus etiam autoritate firmata sunt hæc & tradita ad manus *Meginfridi Comitis.*

XXXVIII.

Erzb. Siegfried von Mainz stiftet das Kloster Hasungen in Niederhessen.

1074.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Sigefridus* divina dispensante clementia *Megontiensis Archiepiscopus.* Convenit episcopali ordini curam sibi subjectis & sollicitudinem impendere & que singulis expediant providere. Unde cunctis Cristi fidelibus presentibus & futuris notum esse volumus de loco qui vocatur *Hasungun*, ubi sanctus *Heimeradus* requiescit, qualem invenimus, qualem fecimus, vel qualem reliquimus. Prefatus itaque locus cum in multa veneratione, meritis sancti Heimeradi per quem inibi multa Deus miracula operatur commendantibus, tam a summis quam ab inferioribus haberetur, & non solum ab hac ejus provintia, sed tocius regni de finibus cum largissimis oblationibus & elemosinis frequentaretur tam nostris quam predecessorum nostrorum temporibus, omnis illa fidelium devota oblatio questuosis secularium sumptibus serviebat, nec quisquam pro deferentibus debitas domino supplicationes exsolvebat. Quod tandem periculum nostrum divina inspirante clementia recognoscentes, & futuri pro hoc examinis supplicia metuentes, ex propriis prefatorumque Dei fidelium oblationibus in honore sancti Petri principis Apostolorum anno dominice incarnationis *Millesimo* LXXIV. Preposituram constituimus, in qua probabilis vite canonicos instituimus,

tuimus, ut divinis ibi laudibus insisterent, & tam pro totius ecclesie statu, quam pro his, quorum elemosinas acciperent, Domino supplicarent. Quibus, cum proprietates privatas respuerent & communis vite paupertate contenti essent, quasdam nostri juris possessiones & decimas, ut subsistere possent, tradendo concessimus, quas etiam subternotare curavimus. Vineam novalem in *Ru theuersheim*. Beneficium *Gumberti* cujusdam militis nostri, quod X. talenta persolvit. Curticulam nostram *Hasungan* cum omnibus appendiciis suis. Æcclesias quoque *Scuezeberch*, *Hasungun*, *Æleheine* *, cum omnibus ad easdem pertinentibus, & decimationes super omnia rura noviter culta vel colenda, *que sub Comitura Mathenun retinentur* &c. **

XXXIX.

Abt Hartwig bringt von Irmengard, der Wittwe eines gewissen Sigebodo, ein Guth in dem Hess. Dorf Ober- oder Niederhone, gegen eine lebenslängliche Abgift, an sich. ***

d. 27. Jul. 1075.

Hartwigus Dei gratia *Herveldensis* Abbas. Quoniam generatio præterit & generatio advenit, inde notum facio tam præsentibus quam futuris de pactione quæ facta est super prædio cujusdam *Irmingarde* nobilis prosapiæ, quod est in *Honide* ****, quæ illud primo quidem per legatos suos, deinde per semet ipsam, devovit se daturam esse ad *Herveldensem* Ecclesiam, ea scilicet vicissitudine, ut sibi mutuo aliquid redderetur ad tempus vitæ suæ in subsidium de bonis ipsius, cujus dispen-

* Schützeberg, ein ausgegangnes Dorf in dem Cassel. Amt Wolfshagen, Burghasungen und Ehlen, beide in der Vogtei Hasungen, Amt Ahne. — Von dem Landgericht zu Maden ist im Text umständlich gehandelt worden.

** Dieser Copie steht beigeschrieben, daß sie aus dem Original genommen worden: sie übergeht aber die Schlußformeln.

*** Diese Urkunde steht schon in Scheids Nachrichten vom hohen und niedern Adel in Teutschland S. 173: ich muß aber hier von meinem Grundsaz, keine bereits gedruckte Urkunden zu wiederholen, abgehn, weil die Beil. XXXVII. und XLI. unmittelbar damit zusammenhängen, und von dem Mann, so wie die gegenwärtige von dessen Frau, handeln. Beide Abschriften weichen nur in Kleinigkeiten von einander ab; doch nennt die Scheidische den Wald, worin das Gericht gehalten worden, irrig Visbeche, statt Virbeche.

**** Eins von den Hess. Dörfern Ober- und Niederhone, im Gericht Beilstein, wie unter andern aus einer Urkunde in Kuchenb. Anal. Hass. Col. IX. p. 149 erhellt, wo es zwischen andern in dieser Gegend gelegnen Orten steht.

dispensatio jam credita est Ecclesiæ. Tum ego, facta hinc cum amicis & familiaribus meis consulta deliberatione, nolui inconsulte quicquam inde agere, sed ut imposterum nostra pactio rata atque inconvulsa permaneret, & absque omni justa contradictione, attuli hanc causam ad judicium *Ruggeri Comitis & Advocati* tractandam coram multitudine tam judicum quam testium. Ubi *Dietmaro* quidem *Subadvocato* pro eadem *Irmingarda* loquente & strenue pro ea agente, aderant quoque testes gestarum rerum dicentes, quoniam Senior *Sigebodo* ingenuus quidem homo sui nominis filio traderet * memoratum prædium, ut jam nupturus pro dote illud eidem sponsæ, compari suæ, donaret in perpetuum, quod & ipsi testes ita factum esse probaverunt, & firmaverunt per juris jurandi testimonium. Quorum nomina hæc sunt: *Hiltwart* & *Heriman* de *Neddere*, *Cristian* de *Albungun*, *Diedo* de *Francwardeshusun*, *Folcolt* de *Honide*, *Eltwin* de *Virbeche*, *Brunwart* de *Rudolfesdorf*; quorum testimonio comprobato ab omni concilio, quoniam defuncti fuerant socer & maritus, hoc quoque judicatum est communi omnium sententia, quod ipsum dotale prædium suum posset illa dare cuicunque vellet libera potestate. Quibus ita gestis ego *Hartwigus* Abbas ipsum prædium tradente ea suscepi per manus *Udonis Comitis & Advocati Ecclesiæ Herveldensis*, & ipsa recepit a nobis in proprium XV. libras argenti de thesauro ipsius nostræ Ecclesiæ, sed & XII. litos nostræ familiæ ad tempus tantum vitæ suæ. Hæc mutua traditio facta est anno ab incarnatione Domini MLXXV. VI. Kal. Aug. regnante *Heinrico* Rege quarto. Hujus rei testes sunt qui in foresto *Virbechæ* præsentes affuerunt:

Udo Comes Herveldensis Advocatus.

Rugger Comes & Advocatus atque frater ejus Eberhartus.

Dietmar Subadvocatus.

Erdag de *Wassenhusun* & frater ejus *Rubbraht*.

Hiltwart & *Heriman* de *Neddere*.

Meginwart & *Dido* & *Reginger* de *Francwardeshusun*.

Christian & *Wasmunt* de *Albungun*.

Folcolt & *Burchart* de *Honide*.

Eltwin de *Virbeche*.

Brunwart de *Rudolfesdorf*.

Bodo de *Adelenrode*.

XL.

* Die Scheibische Abschrift liest hier: jam tradiderat ante fatum prædium. — Sie liest ferner *Heresfeldensis* Ecclesia, nicht, wie die meinige, *Herveldensis*.

XL.

Der Abtei Hersfeld wird, zu den Zeiten des Abt Hartwigs und des Hersfeldischen Vogts Udo, eine Leibeigne geschenkt.

ums J. 1075.

Quoniam generatio præterit & generatio advenit, stabilitatis gratia notum esse volumus omnibus scire cupientibus causam pauperum & egenorum, quomodo quidam homo de familia S. Wigberti, nomine *Fizo*, unicam habens filiam, nomine *Meginburgam*, quæ cuidam *Burcsuinde* de *Eskeneroderen* dominio subjacebat; sed ne in ipso servitutis vinculo perpetuo permaneret, pretio dato emit eam & ad Altare S. Wigberti tradidit illam, ea scilicet pactione, ut tam ipsa, quam omnis ex ea genitus vel generandus sexus, tres denarios persolvat ad idem altare, & post mortem ipsius, vel ex ea geniti sexus, de substantia fœminæ ad jus altaris pertineat. Facta est autem hæc traditio temporibus *Hartwigi* Abbatis, & *Udonis Advocati*, & *Bezelini* Custodis. Testes igitur, qui præsentes fuerunt, hi sunt: Abbacho, Raggoz, Rettmann, Helit, Adelmann, & alii plures.

XLI.

Gerichtliche Verhandlung über des Hersfeldischen St. Peterklosters rechtmäßigen Besitz des Prädiums Vierbach.

d. 10. Jul. 1095.

Facta traditione prædii illius de *Virbeche*, sicut invenitur in descriptionibus *Hertwigi Abbatis*, contigit temporibus sui Successoris *Friderici Abbatis*, ut idem prædium alii quidam invaderent & publicarent, agente avaritia, quæ est simulacrorum servitus, & sub occasione, qua id regiæ potestati assignaverunt, suam inde utilitatem quærere conati sunt. Quod certe factum est absque præcepto Imperatoris *Henrici*, simul & absque illius scientia, qui tunc certe erat in Italia. Sed laborantibus inde plurimum, *Friderici* Abbatis instantia, simul & *Meginfridi Comitis* industria, ereptum est ipsum prædium de manibus violentorum, præsidente *Erf: Comite* in foresto *Virbechæ* ad hujus rei judicium, qui tunc loco tutoris vicem agebat *parvuli filii Ruggeri Comitis* ac *suæ Sororis*. Ergo *Meginfrit Comes*, qui in superiori etiam actione descriptus est, assumtis secum plus quam XII. testibus, scilicet XVI. ingenuæ conditionis hominibus, juravit illud prædium in *Virbeche* tam certo tamque legitimo jure per omnem modum ad Hersveldensem Ecclesiam traditum esse, ut nulla omnino persona, neque aliquis etiam ex heredibus ejus, qui illud tradiderat, dictus *Sigebodo*, justam inde proclamationem vel repetitionem deberet habere. Sic probata, sic iterum confirmata est hæc traditio,

ea scilicet facta pactione, ut ipsum prædium, sicut hactenus fecerat, pertineret ad usus fratrum, qui sunt in monte S. Petri, utpote adquisitum concambialiter per loca ipsius Monasterii, quæ dicuntur *Niderwizzeshusun* & *Eltwineshusun* *. Hi autem sunt, qui super hac iterum traditione juraverunt. Primo quidem juravit *Meginfridus* Comes, deinde *Heinricus* Subadvocatus & frater ejus *Reginhartus*. Post hos juraverunt Meginwart, Elger, Diedo, Welderihc, Reinger, Bubo, Christan, Hahmunt, Giso, Dieppolt, item Dippolt, Folcolt, Fridehelm. Ego *Albewinus* tunc temporis Præpositus in monte S. Petri his interfui, & sicut vidi & audivi hæc vere descripsi.

Acta sunt autem hæc anno ab incarnatione Domini MXCV. VI. Idus Julii. Subscripti vero prædii terminatio incipit in monte *Virbeche* & pertingit usque *Nabbah*, deinde usque *Huibendal*, deinde usque *Branbeche*, deinde item usque Branbeche, deinde usque *Osinesbrunnun* in campis & silvis, item in *Sunnenbrunnun*.

XLII.

Abt Friedrich von Hersfeld vertauscht mit dem Abt Ebbo von Schlüchtern einige Leibeigne.

d. 24. Aug. 1099.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Notum sit tam præsentibus quam futuris, qualiter facta inter *Abbatem Herveldensem Fridericum* & Abbatem *Solitariensem Ebbonem* vicaria commutatio quorundam hominum. Tradidit enim supradictus Ebo, Abbas, per manum Advocati sui *Marquardi* undecim de familia S. Mariæ super altare Domini, ubi jacet corpus S. Wigberti Confessoris, cui per manum *Advocati sui Gisonis* redonavit Abbas *Fridericus* Herveldensis XII. de familia S. Wigberhti. Isti sunt qui dati sunt sancto Wigberhto vicaria commutatione optimo jure præcipuorum servientium: Godebolt Clericus, Richolf, Luidolf, Adelbero, Ramvolt, Welger, Dippolt, item Richolf, Heriman, Richheit, Muda, pro quibus redditi sunt isti: Adelbero, Gunzelin, Wolfram, Hildimar, Eppelin, cum filia sua Mechtilt. Hujus rei testes sunt, qui præsentes adstiterunt: *Reginhart* & *Guntherus* Præpositi, simulque tota Herveldensis congregatio. *Giso Advocatus*, *Marquart Advocatus*, *Meginfrit Comes*, aliique multi nobiles viri. Wigant, Folebraht, Sigebodo, Engelbolt, Wigbodo, Rudhart, Eberhart, Adelbraht. Ex servientibus vero sancti Wigberhti testes sunt isti: Ludeger, Berhdolt, Unewan, Arnolt, Heinrihc, Adelhart, Dietmar, Arnolt, Udalrihc, Emelrich, Widerat, Beringer.

Acta sunt hæc Anno ab incarnatione Domini MXCVIIII. VIIII. Kal. Sept. Indictione VII. regnante *Henrico* III Imperatore, & regente ipso tempore *Wirceburgensem* Ecclesiam venerabili viro *Emehardo* Episcopo, cujus consensu & permissione facta est hæc traditio.

XLIII.

* s. vorher Beil. XXXVII.

XLIII.

Bischof Henrich zu Paderborn schenkt dem Kloster Helmershausen das Patronatrecht der Kirche zu Deissel, in dem heutigen Hessischen Amt Trendelburg.

d. 14. Sept. 1100.

Henricus - - sancte *Paderbornensis* Ecclesie Episcopus notum esse volumus tam futuris quam presentibus cunctis Ecclesie Christi fidelibus, nos penitencia peccatorum nostrorum & spe future retributionis ductos sancte que in *Helmwardeshusenn* est Ecclesie, in honore Domini salvatoris nec non & beatissimi Appostolorum principis Petri constructe, Ecclesiam que est in villa *Desli* nuncupata rogatu atque consensu cleri sancte Paterbornensis Ecclesie contulisse, & jure perpetuo cum omnibus appendiciis, id est decimis, agris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscacionibus, silvis, & cunctis redditibus, in proprietatem contulisse &c. Dat. XVIII. Kal. Sept. Anno MC.

XLIV.

Ein gewisser Winnolt, ein Hersfeldischer Dienstmann, befreit seine Frau und Töchter von der Dienstmannschaft Graf Friedrichs von Arnsberg, und versezt sie in die der Abtei Hersfeld.

1105.

Persæpe animus humanus a se per diversa rapitur, ut tardante ingenio facile oblivio rei gestæ concrescat, atque ingeniosis plerisque per neglectum res nota abolescat, nisi scripturæ testimonio roboretur, & sic ad memoriam revocetur. Igitur notum esse cupimus omnibus sacro - sanctæ fidei & individuæ trinitatis cultoribus tam futuris quam præsentibus, quod moderno hoc gestum est tempore. Quidam paterfamilias *Vinnolt* nomine de *Dageboldeshusun* ex servientibus sancti Wigberhti in *Herveldia* quandam fœminam, nomine *Vizecham*, ex pietate *Friderici Comitis de Arnesberge* in matrimonium jure legitimo duxerat, ex qua duas filias *Eilicham* & *Hazecham* genuerat: quarum speciositati pater condolens, & infaustæ oppositionis titulum præcavens, ne alius, quam ipse, subderentur jugo dominii, sapienti usus consilio, consulentibus & faventibus amicis & cognatis suis, tandem in se, ad quem solum res ipsa spectabat, conversus, prædictum Comitem adiit, & apud eum multo elaboratu cum continua prece plurimoque pretio interjecto vix tandem ægreque obtinuit, quatenus suo consensu cum libera facultate eandem fœminam cum filiabus genitis & gignendis servitutem supradicti Patroni manciparet, ea videlicet lege, ut ipsa ministeriali jure potiretur, qua ipse

Vinnolt cum cæteris natalibus suis potitus esse videretur. Consummata namque est hæc traditio anno Dominicæ incarnationis MCV. regnante Domino *Henrico* Imperatore quarto, temporibusque venerabilis *Reginharti* Abbatis, & *Gisone juniore Advocatiam Herveldiæ gubernante* *. Præsentata est autem & suscepta & confirmata ante altare sčti Wigberti Confessoris Christi, cui & oblata est per manum *Bernhardi* de *Hildegeresbusun*, quem prolocutorem & testem idem Vinnolt cum cæteris nobilibus, *Hartmanno* scilicet de *Rimegozesvelde* cum filio suo *Dudone* puero, item *Bernharto*, *Hadeberto* de *Dakenbrunnen*, *Folbertho* de *Heckeresbusun*, item *Folbertho* de *Hereboldesbusun* perlegerat. Ipse quoque Abbas cum Advocato & cum plurima utrarumque partium præsens erat & multa caterva plebis, quæ ad publicum placitum ipso die hujus rei gratia, seu pro alio quolibet negotio, confluxerat. Hi omnes firmissima attestatione hanc traditionem ratam atque probatam suo testimonio confirmaverunt, isti quoque ex servientibus S. Wigberthi suo jure astipulando dignam comprobaverunt: *Hezekin* de *Donwelacha*, item *Hezekin* de *Visgbrunnun*, *Diderich* de *Breidinge*, *Folcbracht* de *Willigesbusun*, Vinnolt, Arnolt, item Arnolt, Ortho & frater ejus Gumbracht, *Albuinus* de *Biberacha* & frater ejus Heinrich, Unewan, Almunt & frater ejus Eggebracht, Ermenolt, Berchtold, Erkinbrahe, Liudeger, Gozolt presb: & frater ejus Willehart, Reinbolt, Reginhart, Dietmar, item Dietmar, *Eggebrach* de *Lazbusun*, *Dietmar de Steinaha* & fratres ejus, Vinnolt & Friderich, Hezekin, Adelrat, *Adelhart de Milsungen*, *Berchtolt de Gruonbach*, Rudolf presb:, Martinus presb:, Sigebodo presb:, Udalrich presb:, item Udalrich presb:, *Diderich* presb:, Helmolf presb:, Reginwart presb:, Gerolt presb:, Hademar Archipresb:, Rudolf Archipresb:, Bertholt & Arnolt, Clerici. Helit item *Helit de Mercato*, Gozolt, Heinrich, Cunrat, Bern, Vinnolt, Megiz, Gerolt, Almunt, Udalger, Godescalc, Adelbraft, Adelmann, Diderich, Hezekin, & alii quamplures diversæ conditionis viri & parvuli. Ipsam quoque traditionem Abbas cum Advocato tuendam suscepit, & regio banno auctorizante consolidari & corroborari censuit. Amen.

XLV.

Kunimund, ein Adlicher, schenkt dem Hersfeldischen Abt Reinhard und dessen Stift alle seine in vielen benannten Dörfern, und in den Grafschaften der Hessischen Grafen Diemo, Rudolph und Werner, gelegne Güther. den 30. April und 13. Mai 1107.

In nomine sancte & individue trinitatis. Notum sit tam presentibus quam futuris, quid gestum sit in causa ecclesie *Hersveldensis* anno ab incarnacione domini MCVII. temporibus *Henrici*

* In Schumachers Nachrichten zur Sächsischen, besonders Eisenachischen Geschichte St. IV. S. 6. not. h. wird eine ungedruckte Urkunde vom J. 1106. aus dem Casselischen Hofarchiv angeführt, worin Giso junior Advocatiam Hersfeldie gubernans vorkomme, welches vermuthlich die gegenwärtige seyn soll.

vici Reges V ti & *Reginhardi* ipsius Herveldensis monasterii Abbatis. Quidam nobilis homo *Gunimund* nomine, cujus pater dictus est *Adelbard*, tradidit in honorem sanctorum Apostolorum Symonis & Jude pro remedio anime sue parentumque suorum ad altare Dei & ad reliquias sancti *Wigberti* confessoris quicquid habebat de rebus hereditariis & possessionibus suis in *Comitatu Diemonis* Comitis, in his scilicet locis: in *Rodenburg*, in *Scrouse*, in *Rudene*, in *Aldendorf*, in *Reginhereshusun*, in *Farmanneshusun*, in *Frondorf*, in *Hegence*; & in *Comitatu Rudolfi*, in *Roccolfeshusun* & in *Hedtenhusun* 4. mansos tantum sicut & in *Liuzziliba*; simulque in *Comitatu Werneri* Comitis, quicquid habebat in *Wannenhusun*, & in *Fromereshusun*, in *Vilmare*, item *Vilmare*, in *Guntershusun*, in *Rumareshusun*, in *Heggereshusun*, & quicquid de suis jure hereditario esset, ubicunque fuisset, in regno supradicti regis, tam in hominibus quam in cæteris utilitatibus, in terris, in aquis, in silvis, in edificiis, in capellis, servis & ancillis, campis, vineis, pratis, pascuis, exitibus & reditibus, viis & inviis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, cum omnibus appenditiis vel pertinentiis quæ adhuc dici seu nominari possunt, ea inter nos facta pactione, ut nihil omnino præstaretur inde in beneficium humane alicui persone, sed cella ibi fieret ad dei servicium. Ille autem factus miles Abbatis, recepit ab eo in beneficium ad decem talenta, habiturus hoc ipse tantum tempore hujus vite presentis &, sicut condictum est, in uno anno unam de preciosis pellibus crusinam, in altero autem pellitiam, & post terminum vite in *Herveldia* sepulturam, & si aliquis Abbas in præsenti vel in futuro hanc pactionem infringat, ipsa quoque tradicio irrita fiat. Hujus rei geste II. Cal. Maji testes qui presentes aderant, de ingenuis hominibus sunt isti: *Gozmar junior*, Adelbertus, Folcbraht item Folcbraht, Diderihe & filius ejus Hertwin, Hartmann, Rihwart, Folchart, Adelbraht. Servientes Herveldensi ecclesie Ludeger, Erkinbraht, Arnolt, Ratwart, & tres fratres ejus. Unewan, Folcbraht, Adelhart, Ludeger, Hezechin, Helit, Gozzolt, Hezechin, Reitmann, Arnold, Dietmar, & alii quam plures. Deinde III. Idus Maji factus est iterum conventus in *Martdorf*, ipsius *Reginbardi* Abbatis cum plerisque fratribus suis, & cum *Gisone Advocato Herveldensi*, & cum pluribus hominibus ingenuis, *Hassie* regionis, presente pariter multitudine serviencium ecclesie Herveldensis, ubi predictus *Cunimund* eandem suam tradicionem confirmavit juramento super reliquias sanctorum Apostolorum Symonis & Jude aliorumque plurimorum sanctorum, iterata suorum donatione prædiorum legitima per manum Advocati ipsius Gisonis. Cujus etiam rei testes affuerunt, qui & ipsam tradicionem justam fuisse & legitimam fore judicaverunt, *Giso communis* predictus *Advocatus*, Adelbertus & frater ejus Ernestus, & alii quam plurimi de ingenuis hominibus. Folcbertus, item Folcbertus, Didericus & filius ejus, item Folcbertus, Diemo, During, Vinnolt & Vnan frater ejus, Gumbertus, Henricus, Didericus, Gumbertus, Bernhard, Hartmann, Godebolt, Wernhard, Dido, Eberhart, Rentwig, Reginbraht, Rugger, Gerolt, Sigefrid, Gerlach, Dudo, Ebbo, Rutwin, Adel-

Adelbraht, Gundelahe, Folcbrat, Vastmut, Edelger, Hubbolt. De servientibus Hezechin, item Hezechin, Hunolt, Craft, Adelraht, Eggebraht, Walteun, Heinrihe, Isenbraht, Reginhere, Dideriche, Arnolt, Ruzelin, Albuin, Adelhart, Ratwart, Ruthart, Wigbraht, Adelhart, Gozolt, Hezechin, Didericus, Willehart.

XLVI.

K. Henrichs V. Privilegium für das Kloster Helmershausen. d. 26. Jul. 1107.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* divina favente clementia Romanorum Rex. Notum fieri volumus omnibus Christi nostrorumque fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos causa Dei & pro felici stabilitate regni nostri, & ob æternum remedium animæ nostre, nostrorumque parentum, immo & pro dilectione clavigeri regni cœlorum, & etiam digno interventu & humili petitione nostrorum dilectorum principum, *Ottonis* videlicet *Babenbergensium* Episcopi, *Burchardi Monasteriensis* Episcopi, *Udonis* venerabilis *Hildesbemensis* Ecclesiæ Pontificis, *Liudigeri* Ducis, *Hermanni* Comitis, & aliorum multorum nostrorum fidelium, Ecclesiæ Dei in honore beati Petri principis Apostolorum constructe in loco qui dicitur *Helmwardesbusen* omnia bona, tam predia quam cætera acquisita nostrorum antecessorum Regum vel Imperatorum temporibus, nostrique tempore, successorumque nostrorum, quamdiu durabit seculum, acquirenda sibi, sive per precariam, sive per emptionem, sive per oblationes, vel quolibet alio rationali modo, per hanc preceptalem paginam concessimus, ac jure perpetuo possidenda regia auctoritate firmavimus. Dedimus quoque preceptum stabiliter regio more, ut nulla deinceps persona, magna vel parva, cujuscunque sit ordinis vel officii, audeat modo dictam Ecclesiam aliqua arte molestare, vel inquietare, vel tributum vel aliquod regale servitium exigere, sed per omnia & in omnibus ex regali concessione utatur perpetua libertate. Ut autem hujus nostre pietatis concessio ab omnibus credatur, & stabilis & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc inde chartam conscriptam & manu propria corroboratam impressione nostri Sigilli insigniri jussimus.

Signum Domini *Henrici* Imperatoris Romanorum invictissimi.

Albertus Cancellarius vice Moguntinensis Archiepiscopi rogatu Archicapellani recognovit. Datum VII. Kal. Aug. Indict. XIV. Anno ab incarnatione Domini *Millesimo* CVII. regnante *Henrico quinto* Rege Romanorum Anno III, ordinationis ejus IX.

Actum est *Goslarie* feliciter in Christo. Amen.

XLVII.

XLVII.

Adelbert von Schauenburg schenkt dem Abt Reinhard von Hersfeld zwei leibeigne.

1108.

Quoniam pulvis est homo, qui tanquam flos fœni sic efflorebit, in quo pertransit species & non subsistit; idcirca literis facta hominum notantur præterita atque præsentia, ut sic innotescat generationi alteri advenienti per annorum tempora labentia. Anno Dominicæ Incarnationis MCVIII. regnante gloriosissimo *Henrico quinto* Rege ipsoque tunc expeditionem contra Ungarios agente, temporibus etiam *Reginhardi* venerabilis Abbatis *Herveldensis* Cœnobii, & *Gisonis Advocati*, & *Hugonis* Signiferi Herveldensis militiæ, *Adelbertus* quidam de *Scounbourg*, vir ingenuus, & *Emmicha* uxor ejus, filia *Dammonis* de *Willofeshahe*, tradiderunt duo mancipia, Reginzam & Liugart, ad altare S. Wigberti Confessoris in Herveldia, ea conditione, ut essent ejusdem juris quod habuit pater eorum Adelhardus, qui ingenuus paterno genere, materno extitit inter primos servientium supradicti Cœnobii familiæ. Huic traditioni cum universi qui aderant consensissent, tertio quoque interrogati nemo contradixisset, sicut solet in divinis atque humanis legibus, vinculo pacis est confirmata in nomine Domini, qui est pax vera, ut, si quis eam postea infringere tentaverit, sentiat manum Domini validam, qui facit judicium patientibus injuriam. Ut autem traditio hæc eorum, qui præsentes fuerunt, roboraretur testimonio, eosdem distinctis naturæ conditionibus annotare dignum duximus. Præsens erat Abbas ejusdem loci *Regin.*, & priores ejus congregationis *Hademarus* & *Martinus*. Primi ingenui testes hi sunt: *Junior Gozmarus Comes. Adelbertus* & filius ejus & patruelis ejus. *Hertwig* de *Heienhusun*, *Burkart* de eadem villa, *Hartman* de *Runegozesfeld*, *Duiring* de *Haddebrandesdorf*, *Rubrath* de *Onolfeshusun*, *Reginhart* de *Drygereshusun*, *Folebraht* de *Furcun*, *Folebraht* junior & *Hartman* frater ejus de *Heriboldeshusun*, *Udalrich* de *Ubdereshusun*. Servientes hi sunt: *Arnolt* de *Kirchheim*, *Ludeger* de *Rameshahc*, & filii ejus *Erkinbraht* & *Ludger*, *Unewan* de *Rundeshusun*, *Hezechin* de *Slaba*, *Reitmann* & *Golbraht* filius ejus. Helit & fratres ejus, Adelmann, Udelger, Megingoz, Megiz, Gozze.

XLVIII.

Pabst Paschalis II. nimmt das von Graf Dietmar gestiftete Augustiner Mannskloster Selbold in seinen Schuz.

d. 16. Oct. 1108.

Pascalis Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio *Diedmaro*, egregio *Comiti*, salutem & apostolicam benedictionem. Bonis secularium studiis non tantum favere, sed ad hoc eorum animos

animos irritare debemus, qui pro nostro offitio eorum saluti prospicimus. Proinde deuotionem tuam, dilecte in Christo fili, Comes *Diedmare*, spectavimus, qui in ecclesia que sancti Johannis Babtiste dicitur, in loco qui *Selboldt* vocatur, posita, tam pro *uxoris tue defuncte* anima, quam pro tuorum, & eorum qui tui sunt, peccatorum remediis, Regulares Canonicos congregare disponis, quam videlicet ecclesiam per *Rabenuldi*, religiosi sacerdotis, ministerium beato Petro & sancte ipsius Romane Ecclesie devote ac fideliter obtulisti. Et nos itaque tam eandem ecclesiam, quam congregandos ibi fratres, sub tutelam Apostolice sedis excipientes statuimus, ut congregandi ibidem fratres secundum beati Augustini regulam perpetuo conversentur. Decernimus etiam, ut quascunque possessiones ipsa ecclesia juste in presentiarum possidet, sive in futurum domino largiente collatione tua seu quorumcunque fidelium, legitime possiderit, firme semper & integre conserventur, clericorum illic Deo servientium usibus profuture. Nulli vero Episcoporum, nulli clericorum, nulli Regum, aut Principum, nec tuorum cuilibet successorum, sit facultas, eandem ecclesiam temere perturbare, aut quecunque ipsius sunt vel fuerint, quibuslibet occasionibus auferre. Sane ad inditium hujus percepte a Romana Ecclesia libertatis, unum auri nummum per annos singulos ejusdem ecclesie clerici Lateranensi palatio persolvent. Si quis autem, quod absit, hujus decreti tenore cognito temere contraire tentaverit, honoris & offitii sui periculum patiatur, nisi presumptionem suam digna satisfaktione correxerit.

Ego *Pascalis* Catholice Ecclesie Episcopus.

Datum *Beneventi* per manum *Leonis*, Romane Ecclesie Dyaconi Cardinalis XVII. Kal. Nov. Indiktione prima. Anno Dominice Incarnationis MCVIII. Pontificatus autem Domini Pascalis secundi Pape Anno X.

XLIX.

Pabst Paschalis II. bestätigt dem Abt Reinhard von Hersfeld die Privilegien seines Stifts, und besonders die Schenkungen Kais. Karls des Grosen.

d. 15. April 1111.

P*aschalis* Episcopus servus servorum Dei dilecto filio in Christo *Reginhardo* Abbati *Herveldensis* monasterii ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Ea propter fili in Christo dilectissime, *Reginharde*, tuis petitionibus annuentes per præsentis privilegii paginam vestro venerabili Herveldensi monasterio confirmamus quecunque ad idem monasterium legitimis fidelium donationibus pertinere noscuntur. Inter quæ singulariter religiosi Imperatoris *Caroli* testamentum, quod vestro monasterio delegavit, ratum manere sancimus. Illas etiam decimationes,

quas

quas ab antiquis temporibus idem monasterium possidet, & quæ prædecessorum nostrorum Apostolicæ Sedis Pontificum privilegiis vestris prædecessoribus concessæ sunt, nos quoque præsentis decreti autoritate concedimus. Quæcunque etiam imposterum concessione Pontificum, liberalitate Principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam, vel de suo, vel de alieno, si opportuerit, collegio elegerint. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, honoris potestatisque suæ dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æterna inveniant demum.

Ego *Paschalis* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Dat. *Romæ* in insula *Lycaonia* per manum *Joannis* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii. Vice Diaconi *Friderici* Archicancellarii & Coloniensis Archiepiscopi. XVII. Cal. Maji, Indict. IV. Anno Dominicæ incarnationis MCXI. Pontificatus autem *Paschalis Secundi duodecimo*, Imperii vero *Henrici* quarti Imperatoris Anno *primo*.

L.

Ceisolf, Probst zu St. Johann in Mainz, verleiht und vertauscht einige Güther.

1112.

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Ceizolfus* ecclesie sancti Johannis in *Moguntia* que dicitur *Aldedoum* qualiscunque Prepositus notum esse cupio tam futuris quam presentibus, allodium unum nomine *Hargardun* pertinens ad prebendam fratrum ejusdem monasterii per manum Domini mei *Archiepiscopi Alberthi* cuidam *Ruothardo* de villa que vocatur *Winkela* in possessionem juste hereditatis me tradidisse, & de duobus mansis allodii quos habuit in *Wienheim* ultra Rhenum contra *Winkelun* unum per eandem manum recepisse, per quem stabile & inconvulsum remaneret, quod esset

esset in nostra conditione. Firmiter enim & coram multis boni testimonii viris condiximus, quod ipse vel ejusdem boni heredes mihi & posteris meis, aliis scilicet mihi succedentibus Prepositis, scriptam fidelitatem jurarent, & ut in festivitate sancti Martini duas libras denariorum inde persolverent, & si illam diem supersederent, statim in crastino V. Solidos inde componerent, & sic inducias XIIII. dies haberent, & secundo & tercio simili modo, & si has III. inducias negligerent, ut predictum mansum cum aliis bonis amitterent, quia quicunque hec bona habet, eundem mansum habere debet. Adhuc etiam illud statuimus, quod idem allodium nunquam in plures heredes quam in IIII. possit dividi, nec ignorante vel nolente preposito vendi, & summa census ad prebendam fratrum nunquam minui. Laudavimus quoque, si in dato censu possessor ejusdem boni vocatus per nuntium Prepositi ad satisfactionem venire contempneret, vel eadem bona inculta & neglecta dimittere vellet, supradictum mansum cum bonis amitteret. Ut autem hec nostra conditio stabilis & inconvulsa sequenti evo permaneret, Dominus meus *Albertbus* Dei gratia *Moguntine* sedis Archiepiscopus hanc cartam sigilli sui impressione insigniri precepit. Hujus rei testes sunt. *Anshelmus* Prepositus, *Godeboldus* Camerarius, *Turmberthus* Magister, *Richardus* Cantor, *Asmarus* Prepositus, *Dudo* Prepositus, Sigelo, *Comes Arnoldus*, *Comes Emmicho*, *Comes Bertholdus*, *Emmicho* Camerarius, & alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice Incarnationis MCXII. Indictione V. Imperante *Henrico* hujus nominis V, *Albertho* Archiepiscopo Moguntine Ecclesie currum aurigante feliciter. Amen.

LI.

Schenkungsregister des Klosters Helmershausen an der Diemel. * geschrieben ums J. 1120.

Predia subter notata contulit ecclesie nostre Deus sua magis largitate, quam nostra providentia & labore, moderno tempore:

1. *Widikindus* Comes, rogatu fratris sui *Volcwini*, cujus heres fuit, tradidit ecclesie, antequam nuberet, V. hobas cum X. mancipiis, duas scilicet in *Werbike*, que soluunt VIIII. solidos, &

* Ich habe dieses Schenkungsregister aus mehrern in Octavformat zusammengehefteten Pergamentblättern genommen, die, ihrer Schrift nach, gar wohl das Original selbst seyn können. Die Zeit, wenn es zusammengetragen worden, wird nicht angegeben; sie läßt sich aber daraus sehr wahrscheinlich vermuthen, weil n. 31. *gloriosus Dux Liudiger* cum conlectali sua *Richize* & filia *Gerthrude* vorkommt. Lothar von Supplinberg wurde im J. 1106. Herzog, und im J. 1125. Kaiser; sollte also der Mönch, wenn er sein Register nach dem J. 1125. gesammelt hätte, den Lothar nicht lieber nach seiner Kaiserwürde, als durch den gloriosus Dux, bezeichnet, oder doch jener zugleich mit erwähnt haben? Er muß also zwischen dem J. 1106. und 1125. geschrieben haben, und da zugleich die Einstimmung von Lothars Tochter und

& tres in Westfalon, quarum due in loco qui dicitur *Hanekesbroke* soluunt sex solidos Sosaciensis monete; tercia vero in alia villa que dicitur *Hersebroke*, que soluit IIII. solid. Goslariensis monete.

2. *Hildibrath* conversus cum consensu heredum suorum *Lindist* scilicet & duarum mulierum - - - - - - * que sorores erant, tradidit ecclesie in villa que dicitur *Bivelte* aream cum edificiis & duas hobas que soluunt solidos XIIII.

3. *Adelbertus Comes de Popponburg* antequam nuberet tradidit ecclesie, cum consensu fratris scilicet heredis sui, in loco qui dicitur *Thornuntbun* I. hobam cum area, que soluit V. solidos.

4. Quidam nobilis *Everhard* nomine rogatu fratris sui *Suttbardi* heredis sui tradidit ecclesie in loco qui dicitur *Selithe* hobam cum area, que postea mutata in villam que dicitur *Winisson*, soluit III. solidos.

5. Quedam matrona *Bertha* cum duobus filiis heredibus suis *Folcmaro* & *Odalrico* tradidit ecclesie in villa que dicitur *Buggonhuson* duas hobas cum areis & omnibus utilitatibus, que in eadem villa vel in marcha habuerunt pro septem talentis, que soluunt ex integro sicut alie in eadem villa.

6. Quidam liber *Rothward* cum consensu heredis sue que vocabatur - - - ** tradidit ecclesiæ in villa que dicitur *Thuringesson* in precariam aream unam, cum edificiis, & hobam que soluit IIII. solidos.

7. Quidam liber *Æilward* cum consensu heredis scilicet matris sue *Suanibilde* tradidit ecclesie in eadem villa aream cum edificiis, & hobam que soluit IIII. solidos.

8. Item in eadem villa quidam liber *Hamuco* cum consensu filiorum scilicet heredum suorum tradidit ecclesie aream unam cum edificiis & omni predio suo in precariam.

9. Duo

und Erbin, Gertraud, angeführt wird, so muß doch diese damals wenigstens schon einigermassen erwachsen gewesen seyn, wiewohl bei solchen frommen Schenkungen zuweilen auch Kinder von geringen Jahren als einstimmig angeführt werden. Bei diesen Umständen scheint die Zeit des gegenwärtigen Aufsatzes ungefehr zwischen das J. 1118-1125. zu fallen, und dieses bestätigt sich auch daraus, weil alle darin vorkommende Personen, soweit sie bekannt sind, entweder zu dieser Zeit, oder vorher, lebten.

Hieraus versteht sich von selbst, daß alle hier vorkommende Personen zwischen dem J. 998, worin das Kloster Helmershausen gestiftet worden, und dem J. 1118, gelebt haben müssen. Man muß übrigens dieses Kloster nicht mit dem Jungfrauenkloster Hiltewartshausen, im Fürstenthum Calenberg, zwei Meilen unter Münden, verwechseln.

* Hier fehlt eine Zeile im Original, und eben so zeigen auch alle die folgenden Stellen bis zu Num. 123, wo ich das weitere bemerken werde, nicht etwa unleserliche, sondern nur solche Stellen an, die auch im Original selbst unausgefüllt sind.

** Auch hier ist im Original für den Namen ein leerer Raum gelassen.

9. Duo liberi *Hildibreth* & *Thiedericus* tradiderunt ecclesie cum consensu heredum, scilicet filiorum suorum, in villa que dicitur *Reinhardessun* curtem unam absque edificiis, & VI. hobas, pro talentis VIII, que soluunt solidos X. Edificia autem ejusdem curtis dedit ecclesie quedam matrona *Humburg* nomine.

10. Domina *Frithurun* soror nostra divino tacta amore tradidit ecclesie cum consensu heredum fratrum scilicet suorum *Roggeri* & *Æverhardi* in villa que dicitur *Bobbantun* * IIII. hobas cum totidem areis & edificiis. Una soluit XVIII. solidos, altera V, item tercia VI, quarta VI. Item in *Guthinge* hobam cum area & edificiis & mancipiis, que solvit solidos X. Duas ex his abstulit Rex: sed postea, multorum Principum interventu, reddidit ecclesie cum privilegio.

11. Item eadem soror nostra tradidit ecclesie in *Francia* in villa quo dicitur *Nitehe*, & in regione eadem X. hobas & forestum, reservato sibi usu fructuario quamdiu viveret. Que predia postea transmutata sunt in Saxoniam in villam que dicitur *Rangun*, & in villam que dicitur *Mesheri*, tradente pro eisdem X. hobas *Volcholdo* Comite, consentiente conjuge sua & *filiis*, VII. hobas, id. IIII. in eadem dicta villa *Rangun*, cum totidem areis, & in *Mescheri* III. cum totidem areis. Item eadem soror nostra in villa que dicitur *Æchenheim*, juxta Franconofort, tradidit ecclesie vineam duorum agrorum & hobam I, per quam eadem vinea excolatur, & duos ministeriales cum filiis, & omnibus que habebant. Item in *Guntherishuson* hobam I. cum area & edificiis, que soluit solidos VI. Postea eadem soror nostra dimisit ecclesie omnem usum fructuarium, excepto *Æckenheim*, pro XX. talentis, que expendit in usum *filiorum fratrum suorum*, qui in expeditionem cum Rege ituri erant Longobard.

12. Frater noster *Sigimar* cum compare sua *Hizike* ante conversionem tradiderunt ecclesie in villa que dicitur *Winithe* aream I. cum edificiis, & cum omnibus que habebant, scilicet mancipiis, prediis, vadimoniis, ille cum consensu Comitis *Udonis* **, illa autem cum consensu fratris & heredis sui, *Meinherni*.

13. In

* Zu diesem Ortsnamen steht im Original von eben der Hand folgende Anmerkung, als ein Supplement, am Rand beigeschrieben: Item Dna *Æthelheid* tradidit cum consensu filiarum, heredum scilicet suarum, pro remedio anime sue in eadem villa II. hobas, laudante *Thiederico*, qui filiam ejus *Irmingardem* habuit in conjugio. Sepulta est eadem *Æthelheid*, cum filio filie sue *Irming*, ante fores ecclesie; XVI. solidos soluunt.

Item in *Huthing* tradidit Dominus *Dedi* cum consensu filiorum, heredum scilicet suorum, hobam I. & molendinum. XVI. solidos soluunt.

Von denen hier, und n. 10. 11, vorkommenden Personen habe ich im Text gehandelt.

** Ohne Zweifel der bis zum J. 1031. vorkommende, und ins Catlenburgische Geschlecht gehörige, Graf im Lisga.

13. In eadem villa quidam *Simund* cum consensu conjugis & filii, heredis videlicet sui, tradidit ecclesie I. aream cum edificiis pro talentis VI. & V. solidis.

14. Item in eadem villa superius nominatus *Æilward* tradidit ecclesie cum consensu matris *Suanibilde*, heredis scilicet sue, aream I. cum edificiis, & XXXIIII. agris, & cum omnibus que habebant, pro remedio anime sue. Postea quidam *Gerward* eandem traditionem contradicere nitens venit ad placitum *Hermanni Comitis*, ubi judiciario ordine repulsus presentibus multis tam Comitibus, quam cetere dignitatis, ac sapientissimis viris, etiam *Udone* Episcopo presente, injuste egisse convictus est. *

15. In eadem villa quidam *Rimis* tradidit ecclesie aream I, cum edificiis, XVIII. agros, pro talentis VII. & XV. solidis.

16. Item *Æckirie*, antequam nuberet, dedit III. agros.

17. Item *Æthilold* unum agrum.

18. Item *Hethiger* tradidit aream cum edificiis, cum consensu filie scilicet heredis sue, XXX. agros & dimidium, pro X. talentis.

19. Item *Berning* tradidit ecclesie XV. agros pro V. talentis. Posuit autem in vadimonio III. agros pro XV. solidis.

20. Item *Reinbold* posuit in vadimonio IIII. agros pro XIIII. solidis.

21. Item *Rimis* I. agrum pro duobus solidis.

22. Item *Helmerie* posuit in vadimonio V. agros pro XXV. solidis.

23. *Atzele* de *Gxtinge* dedit I. agrum.

24. Item in eadem villa *Thiedir* I. agrum.

25. *Ade* similiter I. agrum.

26. Quedam matrona *Bertha* cum consensu filiorum, heredum scilicet suorum, tradidit ecclesie in villa que dicitur *Thuringebike* hobam I. cum area, quæ soluit tres solidos.

27. Quidam nobilis de Thuringia *Reinfrith*, consentiente contectali sua & filia, que heres ejus fuit & sub ejus adhuc mundiburdio, tradidit ecclesie in villa que dicitur *Rasthorp* VI. hobas, cum totidem areis, pro XIII. marcis puri argenti, & pro IIII. hobis & totidem areis, quas Dna *Æddile*, soror nostra, tradidit ecclesie cum consensu omnium filiorum suorum, que site sunt in Thuringia in villa que dicitur *Heriveslevе*. Que VI. hobe soluunt XL. & I. solidos.

28. Quedam mulier *Æmeke* cum consensu heredis sui tradidit ecclesie in villa que dicitur *Tiderikeshusen* duas hobas cum area, que soluunt duos solidos.

29. Dna

* Der im J. 1114. verstorbene Bischon Udo von Hildesheim. Hermann erscheint vom J. 990-1032. als Graf im Leingau. Von beider Herkunft habe ich im Text gehandelt.

29. Dna *Lucia* soror nostra rogatu filii sui *Rothungi*, & consensu filiorum reliquorum *Sigifridi* Prepositi & *Adalberti*, heredum scilicet suorum, tradidit ecclesie villam que dicitur *Fritbewarderoth* cum ecclesia, mancipiis, & cum omnibus utilitatibus ad eandem villam pertinentibus. Recepit vero ab ecclesia XX. marcas, insuper II. prebendas inter fratres; ad hoc XX. maldra, II. porcos singulis annis quoad vixit.

30. Item in villa que dicitur *Gerwardeshuson* II. hobas cum areis, que postea mutate sunt in *Maretegeshus*. Item quendam ministerialem suum Heimoldum nomine cum beneficio suo, quod est situm in villa que dicitur *Ælkirishuson*.

31. Item gloriosus *Dux Liudiger*, ejusque venerabilis contectalis *Richize*, pro remedio anime sue, cum consensu *Gerthrudis* Com., scilicet heredis sue, tradiderunt in *Maretegeshusun* ad comparanda coopertoria fratrum III. hobas & molendinum, que soluunt XXXIII. solidos.

32. Quidam ministerialis ecclesie *Hazo* nomine in Thuringia in villa que dicitur *Hasalo* tradidit ecclesie duas hobas & dimidiam cum duabus areis, que soluunt XX. denarios.

33. Item in eadem regione, in villa que dicitur *Begedal*, *Sigifrithus Comes* tradidit Sco *Meinaldo* hobam I. cum area & edificiis, atque duobus mancipiis, que soluit V. solidos.

34. Item in Thuringia, juxta castellum quod dicitur *Horeburg*, in villa que dicitur *Herdiggeroth*, quidam nobilis *Burchard* tradidit ecclesie pro oblatione filii sui hobam I. cum area, que soluit III. sol.

35. Dna *Liudburg* soror nostra cum consensu fratrum, scilicet *Liudonis* & *Werinheri*, in villa que dicitur *Capella*, ultra Frideslar sita, tradidit ecclesie hobam I. cum area, que soluit XVIII. denarios.

36. In villa que dicitur *Rangun* nobilis quidam *Alabraht* nomine, antequam filios procrearet, consentiente uxore sua & heredibus tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis, que soluit porcum pinguem & cetera ad hoc pertinentia.

37. Item in eadem villa quidam liber nomine *Hazo* cum consensu heredis, scilicet filii sui, tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis.

38. Item in eadem villa quidam liber tradidit ecclesie unam aream pro XX. solidis.

39. Quidam liber *Sicco* nomine in villa que dicitur *Simeressun*, cum consensu filii scilicet heredis sui, tradidit ecclesie II. hobas cum area & edificiis.

40. Item in eadem villa quidam liber *Gazelin* nomine, cum consensu filii scilicet heredis sui, II. hobas & dimidiam cum area & edificiis ecclesie tradidit.

41. Quidam liber *Haico* cum consensu matris, heredis scilicet sue, in villa que dicitur *Brummenessun* tradidit ecclesie II. hobas & dimidiam, cum area & edificiis.

42. Item in eadem villa quidam liber - - nomine, cum consensu heredis scilicet patris sui *Adalberti*, tradidit ecclesie XXII agros & dimidiam aream.

43. Quidam liber *Burchard* nomine in villa que dicitur *Mesberi* cum consensu filiorum, heredum scilicet suorum, tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis.

44. Item in eadem villa quidam nobilis *Reinold*, cum consensu matris scilicet heredis sue, tradidit ecclesie X. hobas cum areis & edificiis, & tribus mancipiis, & molendino, pro XXXII. marcis.

45. Item in eadem villa Advocatus *Herisiensis* ecclesie *Conradus* cum consensu & consilio omnium ad hoc pertinentium, precipue autem rogatu cujusdam, qui vocabatur *Ado*, tradidit ecclesie predium quoddam, cum area & edificiis, quod idem Ado in beneficio habuit, pro duabus hobis, cum area & edificiis, in villa que dicitur *Aldenberise*.

46. [illegible]em in eadem villa quidam nobilis *Heinricus* cum consensu filie fratris sui, scilicet heredis sue, tradidit ecclesie dimidiam hobam, cum area & edificiis, pro remedio anime sue.

47. Item in eadem villa quidam liber *Gerbrath*, cum consensu matris scilicet heredis sue, tradidit ecclesie XV. agros.

48. In villa que dicitur *Linde* quidam liber nomine *Azo*, cum consensu fratris heredis scilicet sui, tradidit ecclesie XX. agros & aream pro I. hoba & area, cum edificiis, que sita est in villa que dicitur *Lindenhuson*.

49. In villa que dicitur *Amalgateshuson* quedam libera mulier nomine *Wirinburg*, cum consensu viri sui *Arnoldi*, sub cujus mundiburdio erat, atque sororis scilicet heredis sue, *Thietgerd*, posuit in vadimonio hobam I. cum area atque decima pro talentis VIIII.

50. In villa que dicitur *Franconhuson* quidam *Hizico* nomine, cum consensu filii *Welifridi* scilicet heredis sui, tradidit ecclesie hobam I. cum area.

51. In eadem villa quidam *Hager* nomine, cum consensu filii scilicet heredis sui *Rotheri*, tradidit ecclesie hobam I. cum area.

52. Item in eadem villa quedam mulier *Tette* nomine, cum consensu heredum suorum, tradidit ecclesie dimidiam hobam cum area.

53. Item in eadem villa quidam nomine *Æcelin*, cum consensu heredis sui *Rengeri*, tradidit ecclesie hobam I. cum area.

54. Item idem *Renger* qui dicebatur *senior*, cum consensu ejusdem *Æcelini*, heredis sui, tradidit ecclesie quatuor agros.

55. Item *Renger* qui dicebatur *junior*, cum consensu patris heredis scilicet sui, Rengeri, tradidit ecclesie III. agros. Summa autem in eadem villa III. hobe & dimidia.

56. In villa que dicitur *Astuflon* quidam nobilis *Thiedericus* nomine, ejusque conjunx *Cunihild*, cum consensu filii scilicet heredis sui *Reinoldi*, tradiderunt ecclesie hobam I. cum area & edificiis, que soluit porcum pinguem & cetera.

57. Item in eadem villa duo fratres *Folcmar* & *Wal*, cum consensu matris scilicet heredis sue, tradiderunt ecclesie aream cum edificiis, & XXII. agros, qui soluunt VIII. maldra, cum ecclesia.

58. In eadem villa Domina *Helmburg* laudante viro suo Dno *Daedi*, cum consensu heredum scilicet filiorum suorum *Herimanni* & *Sigibodonis*, tradidit pro remedio anime sue hobam I, cum area & edificiis, que soluit X. solidos. Testes: *Erp* Comes, *Reinold* nobilis, *Frithuric* Comes, *Conrad* Comes, *Hunold* & alii multi.

59. In villa que dicitur *Chaldun* quidam nomine *Æbbiko*, cum consensu fratris scilicet heredis sui, tradidit ecclesie aream cum edificiis, & XI. agris.

60. Item in eadem villa quidam nomine *Liutbere*, cum consensu filii scilicet heredis sui *Hocilini*, atque Advocati sui *Æsdag*, tradidit ecclesie VI. agros pro redemptione ejusdem filii sui, qui famulum ecclesie interfecit.

61. Item in eadem villa quedam mulier cum consensu heredis sui, scilicet ejusdem *Hozelini*, atque Advocati sui *Æsdag*, tradidit ecclesie II. agros.

62. In villa que dicitur *Scabtun* quidam nobilis nomine *Godebold*, cum consensu filiarum scilicet heredum suarum, tradidit ecclesie IIII. hobas, cum duabus areis, pro V. hobis, & curte I, quas Domina *Weldrud*, cum consensu filiorum scilicet heredum suorum, *Bertoldi* & *Conradi*, tradidit ecclesie in villa que dicitur *Werelder*.

63. In villa que dicitur *Rikkirissun* Dominus *Gerold* rogatu uxoris sue, *Jde* nomine, tradidit ecclesie hobam I, cum area & edificiis, & IIII. mancipia, pro remedio anime sue.

64. In eadem villa duo fratres *Hicil* & *Jmika*, cum consensu matris scilicet heredis sue, tradiderunt ecclesie II. hobas cum area & edificiis, & terciam in villa que dicitur *Curbike*.

65. Dominus *Heinricus Comes Advocatus ecclesie nostre* * tradidit Domino Episcopo *Heinrico* de beneficio suo III. hobas, cum areis & edificiis, & mancipia IIII, duas in *Curbike* & unam in *Nachenun*, ea conditione ut eas traderet ecclesie. Quod & fecit, tradens eas in manus ejusdem Advocati.

66. In eadem villa scilicet *Nebenun* filii cujusdam nobilis *Haoldi*, *Conradus*, & *Rotbertus*, *Bertoldus*, tradiderunt ecclesie hobam cum area pro anima patris.

67. In

* Ohne Zweifel der im J. 1101. verstorbene Graf Henrich der Dicke von Nordheim, dessen Gemahlin, Sohn und Brüder n. 68, so wie n. 82. sein Vater, vorkommen. Der angeführte Bischof Henrich war B. zu Paderborn.

67. In eadem villa Dominus *Erp* Comes tradidit ecclesie III. hobas cum areis, & quartam in villa que dicitur *Embrike* pro territorio quod dicitur *Holthuson*.

68. In villa que dicitur *Thinkilburg* Dominus *Otto* Comes, cum consensu matris scilicet heredis sui *Gerthrudis*, atque *Sigifridi* Comitis patrui sui, tradidit ecclesie IIII. hobas, cum totidem areis, pro remedio anime sue.

69. In villa que dicitur *Æchinun* quidam ministerialis *Heinrici* Comitis, nomine *Bernhard*, cum consensu ejusdem Domini sui tradidit ecclesie hobam I. cum area.

70. In eadem villa quidam *Æthelbertus* nomine, cum consensu filii scilicet heredis sui *Æthelberti*, tradidit ecclesie aream unam cum edificiis & dimidia hoba.

71. In villa que dicitur *Anunroth* quidam liber *Betto* nomine, cum consensu fratris scilicet heredis sui *Walderic*, tradididit ecclesie II. hobas cum area & edificiis.

72. In eadem villa Dominus Episcopus *Heinricus*, rogatu cujusdam ministerialis sui *Gerhardi*, tradidit ecclesie hobam I, cum area una, pro hoba I. & area cum edificiis, sita in villa que dicitur *Welerissun*, quam quidam liber *Atholung* nomine, cum consensu filii sui *Æilonis*, heredis videlicet sui, tradidit ecclesie nostre.

73. In villa que dicitur *Embrike* Dominus *Heinricus* Comes tradidit ecclesie territorium unum, quod Domina *Beatrix*, cum consensu filii sui *Odalrici*, ei in proprietatem dederat; quod postea eadem Beatrix, atque filius ejus Odalricus stabilierunt. *

74. In eadem villa eadem *Beatrix*, cum consensu filii sui *Odalrici*, tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis.

75. Item in eadem villa quidam nomine *Hizico*, cum consensu filii scilicet heredis sui *Udiconis*, tradidit ecclesie XVI. agros.

76. Item quidam *Atholold*, cum consensu fratris scilicet heredis sui *Arnoldi*, tradidit ecclesie XX. agros cum area.

77. Item idem *Arnold*, cum consensu ejusdem *Athololdi* scilicet heredis sui, tradidit ecclesie X. agros.

78. Item Domina *Beatrix* in villa que dicitur *Ringeldissun* tradidit II. hobas cum areis totidem.

79. In eadem villa Dominus *Folcmarus* frater noster tradidit ecclesie unum ministerialem cum I. hoba, quam habuit in beneficio.

80. Item

* Von der Herkunft des gedachten Gr. Henrichs, und der in diesem Register mehrmals vorkommenden Beatrix, einer vermählten Gräfin von Wardbick, habe ich im Text umständlich gehandelt.

80. Item idem *Folcmarus* in villa que dicitur *Mekkenhus*, cum consensu duarum matronarum nomine *Benike* & *Æile*, scilicet heredum suarum, tradidit ecclesie VIII. hobas, & curtem bonam cum mancipiis.

81. Quidam liber nomine *Hammo* cum consensu heredum filiorum scilicet suorum, *Beringeri*, *Bertoldi*, tradidit in villa *Mekkenhusen* III. hobas cum areis & edificiis & omnibus que habebat.

82. In villa que dicitur *Æissun* Dominus *Oddo* Dux, cum consensu filiorum scilicet heredum suorum, tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis & mancipiis.

83. In villa que dicitur *Northe* quidam - - - - cum consensu heredum suorum tradidit ecclesie aream I. cum edificiis, & II. hobas & XX. agros, pro tribus talentis & totidem hobis & agris, que site sunt in villa que dicitur *Valehuson*, quas quidam *Reinzo* cum consensu heredum suorum tradidit.

84. In villa que dicitur *Ossonthorp* quidam *Ælnericus*, cum consensu sororis scilicet heredis sue *Germod* nomine, tradidit ecclesie hobam I. pro remedio anime filii sui atque sue, que soluit denarios XXX.

85. In villa que dicitur *Methirik* quidam nobilis *Wirnheri*, rogatu patris sui *Lindonis*, & cum consensu fratrum suorum, tradidit ecclesie hobam I. cum area.

86. In villa que dicitur *Letmere* quidam nobilis *Bernhard* nomine, cum consensu filii scilicet heredis sui, tradidit ecclesie curtem I. cum quatuor hobis, & cum foresto, & cum mancipiis XXX. Item in villa que dicitur *Asthem* VI. hobas cum areis & edificiis pro LXX. marcis argenti.

87. In villa que dicitur *Svinuelden* Dominus *Reinhard* Episcopus *Mindonensis*, cum consensu heredum suorum atque Advocati sui *Hildibodonis*, tradidit ecclesie quoddam predium proprietatis sue, cum mancipiis ad hoc pertinentibus, pro remedio anime sue.

88. In villa que dicitur *Jkinhusun* quidam nobilis nomine *Wal*, cum consensu sororis *Redui*, scilicet heredis sue, atque *Luidgeri* patrui sui, tradidit ecclesie curtem I. cum IIII. hobis, & omnibus ad eam pertinentibus, pro remedio anime sue.

89. In villa que dicitur *Atholuessun* quidam nobilis nomine *Atholf* cum consensu heredum - - - - tradidit ecclesie curtem I. cum tribus hobis & dimidia pro remedio anime matris sue *Æthelinde*, que hic sepulta quiescit in Domino.

90. In villa que dicitur *Wilgatessun* quidam liber *Rother* nomine cum consensu patris scilicet heredis sui *Wizo*, atque fratris - - - - tradidit ecclesie hobam I. & dimidiam cum area & edificiis.

91. In eadem villa quidam - - - - - - cum consensu heredum - - - - tradidit ecclesie hobam I. & aream & edificia & XX. agros, qui siti sunt in villa nostra *Æthinun*.

92. Item in eadem villa quidam nomine *Gerold* pro oblatione filii scilicet heredis sui *Thietmari* tradidit ecclesie hobam dimidiam cum area.

93. In

93. In villa que dicitur *Ædenhusun* quidam liber *Heriman* nomine, cum consensu matris scilicet heredis sue *Wirinburg*, tradidit ecclesiæ II. hobas cum duabus areis & edificiis.

94. In villa que dicitur *Riethere* quidam liber *Hoico* nomine cum consensu heredum tradidit ecclesie in proprietatem hobam I. cum area, recipiens in beneficio hobam I. in villa que dicitur *Mulussun*.

95. In villa que dicitur *Nattesungun* quidam liber *Erkinbraht* cum consensu heredum tradidit ecclesie hobam I. cum area.

96. In eadem villa quidam - - - - cum consensu sororis scilicet heredis sue - - - - tradidit ecclesie hobas duas cum area & edificiis.

97. Item in eadem villa quidam liber - - - - cum consensu heredum - - - - - tradidit ecclesie hobam I. cum area pro una hoba, quam tradidit quidam liber nomine *Azecho* cum consensu sororis scilicet heredis sue - - - - - in villa que dicitur *Othelessun*.

98. Item in eadem villa *Nattesang*. quedam mulier tradidit ecclesie cum consensu heredum suorum hobam dimidiam.

99. In villa que dicitur *Afternattesangun* quedam mulier nomine *Wizike* cum consensu heredum suorum tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis.

100. In eadem villa quidam liber *Ævico* nomine cum consensu matris scilicet heredis sue - - - - - tradidit ecclesie duas hobas & aream cum edificiis.

101. Item in eadem villa quidam *Tammo* nomine cum consensu filii scilicet heredis sui *Wigerad* tradidit ecclesie XL. agros cum area, & hobam I. cum area in villa que dicitur *Tetlekessun*.

102. In eadem villa quidam liber nomine *Juizo* cum consensu fratris scilicet heredis sui *Kizonis* - - - - tradidit ecclesie aream cum edificiis & III. hobas.

103. In villa que dicitur *Heienhusen* quidam homo nomine *Becelin* cum consensu filii scilicet heredis - - - - - tradidit hobam I. cum area.

104. In villa que dicitur *Wrekkenhuson* quidam nobilis *Wolferic* nomine, cum consensu sororis scilicet heredis sue *Damod*. tradidit ecclesie curtem I. & forestum cum VIII. hobis & mancipiis ad eam pertinentibus, & duas in *Ypponhuson*, & unam in *Afternattesang*., & I. in *Burchardinehuson*, & molendinum, pro quadam curte & omnibus ad eam pertinentibus, que sita est in villa que dicitur *Kabbonhuson*.

105. In villa que dicitur *Titlikissun* Dominus *Othelricus*, cum consensu matris scilicet heredis sue *Beatricis*, tradidit ecclesie, antequam nuberet, hobam I. cum area, que soluit duos solidos.

106. Item in eadem villa *Sigifrithus* Comes tradidit ecclesie curtem I. cum sex hobis pro curte una que sita est in *Northergun*. & V. hobis.

107. In villa que dicitur *Hammadassun* quidam liber nomine *Ekbard*, cum consensu Domini *Lindonis* scilicet heredis sui, tradidit ecclesie III. hobas cum area & edificiis.

108. In villa que dicitur *Jkinroth* Dominus *Lindo* tradidit ecclesie pro oblatione duorum filiorum hobam I. cum area & I. in *Metherike*. *

109. In villa que dicitur *Alebroch* Palatinus Comes *Frithuricus* tradidit ecclesie cum areis pro remedio anime *fratris sui* duas hobas.

110. Item idem Palatinus *Frithuric* in villa que dicitur - - - **

111. In eadem villa quidam - - - - cum consensu heredum - - - tradidit ecclesie hobam I. & aream cum edificiis. Item in eadem villa quidam nomine *Gerold* pro oblatione filii scilicet heredis sui *Thietmari* tradidit ecclesie hobam dimidiam cum area.

112. In villa que dicitur *Adenbus* quidam liber *Heriman* nomine, cum consensu matris scilicet heredis sue *Wirinburg*, tradidit ecclesie II. hobas cum duabus areis & edificiis.

113. In villa que dicitur *Riethere* quidam liber *Hoico* nomine cum consensu heredum tradidit ecclesie in proprietatem hobam I. cum area recipiens in beneficio hobam I. in villa que dicitur *Mulussun*.

114. In villa que dicitur *Natesungon* quidam liber *Erkenbrath* cum consensu heredum tradidit ecclesie hobam I. cum area. In eadem villa quidam - - - - cum consensu sororis scilicet heredis sue - - - - tradidit ecclesie hobas II. cum area & edificiis. Item in eadem villa quidam liber - - - - - cum consensu heredum - - - - - tradidit ecclesie hobam I. cum area pro I. hoba, quam tradidit quidam liber nomine *Azecho* cum consensu sororis - - - - scilicet heredis sue in villa que dicitur *Othelessun*. Item in eadem villa *Natesung* quedam mulier - - - tradidit ecclesie cum consensu heredum suorum - - - - hobam dimidiam.

115. In villa que dicitur *Afternatesungun* quedam mulier nomine *Wizike* cum consensu heredum suorum tradidit ecclesie hobam I. cum area & edificiis.

116. In eadem villa quidam liber *Ævico* nomine cum consensu matris scilicet heredis sue - - - tradidit ecclesie II. hobas & aream cum edificiis.

117. Item in eadem villa quidam *Tammo* nomine cum consensu filii scilicet heredis sui *Wigerad* tradidit ecclesie XL. agros cum area & hobam I. cum area in villa que dicitur *Titlekessun*. In eadem villa quidam liber nomine *Luizo* cum consensu fratris scilicet heredis sui *Kiazonis* tradidit ecclesie aream cum edificiis, & III. hobas.

118. In

* Vergl. n. 121.

** Hier endigt in dem Original die zweite Seite eines Blats, ohne daß der Periode auf dem folgenden Blatt fortgeht, das vielmehr mit einem neuen Saz anfängt. Es fehlete also hier ein Blatt, oder vielleicht auch mehrere.

118. In villa que dicitur *Heienbusun* quidam homo nomine *Becelin* cum consensu filii scilicet heredis - - - - tradidit hobam I. cum area.

119. In villa que dicitur *Wrekkenhuson* quidam nobilis *Wolferic* nomine cum consensu sororis scilicet heredis sue *Damod.* tradidit ecclesie curtem I. & forestum cum VIII. hobis & mancipiis ad eam pertinentibus, & duas in *Ypponhuson* & I. in *Asiernatesangen* & I. in *Burchardinchuson* & molendinum, pro quadam curte & omnibus ad eam pertinentibus, que sita est in villa que dicitur *Kabbonhuson.*

120. In villa que dicitur *Titlikissen* Dominus *Othelricus*, cum consensu matris scilicet heredis sue *Beatricis*, tradidit ecclesie, antequam nuberet, hubam I. cum area, que solvit II. solidos. Item in eadem villa *Sigifrithus* Comes tradidit ecclesie curtem I. cum sex hobis pro curte I, que sita est in *Northergun* & V. hobas.

121. In villa que dicitur *Hammadassun* quidam liber nomine *Ekhard* cum consensu Domini *Liudonis* scilicet heredis sui tradidit ecclesie III. hobas cum area & edificiis. In villa que dicitur *Ikinroth* Dominus *Lindo* tradidit ecclesie pro oblatione duorum filiorum hobam I. cum area, & unam in *Metherike* cum area. In villa que dicitur *Alebroch* Palatinus Comes *Frithuric* tradidit pro remedio anime filii sui II. hobas cum areis. Item idem Palatinus *Frithuricus* in villa que dicitur *Elvun* tradidit hobam I. cum area.

122. In villa que dicitur *Erpossun*, juxta Castrum quod dicitur *Iburg*, quidam ministerialis, *Æluer* nomine, rogatu matris scilicet heredis sue *Germod.* tradidit ecclesie hobam I. cum area.

123. In villa que dicitur *Thesli* Dominus *Liudolfus*, rogatu matris scilicet heredis sue *Wicburg.*, tradidit ecclesie curtem I. cum XIII. hobis cum areis & mancipiis & molendino & omnibus ad eam pertinentibus; item hobam I. in *Duergun.* *

* *

*

Hel.

* Hier fehlen wieder einige Blätter, die, wie sich aus wenigen am Rücken des Hefts übrigen Schnizeln muthmassen läßt, herausgeschnitten sind. Auf diesen fehlenden Blättern endigt das Schenkungsregister, und es fängt das Verzeichnis der einzelnen Gefälle an, wovon die folgenden Blätter nur eine Fortsezung sind. Die bisher in den Text eingeschobenen Strichelgen zeigten nur solche leere Stellen an, die es auch in dem Original sind: in denen nun folgenden Blättern aber ist in dem Original nichts mehr ausgelassen, hingegen sind manche dieser Blätter hinten, wo sie geheftet waren, zum Theil ganz abgemodert, oder doch so verderben, daß nicht alles mehr gelesen werden kann. Es zeigen also von hier an die Strichelgen in dem Text lauter unlesbare Stellen an; doch ist dieser Verlust sehr unerheblich, weil er beinah durchaus nur die Namen von Maaßen und Früchten, selten aber die von Personen und Oertern, betrift.

Helmuvardeshusun villicatio soluit tertiam partem granorum a festivitate omnium sanctorum singulis — Sabbatis carratam aridorum lignorum usque in Pascha & — multa servitia ab aquis in curiam. Litones in - - V. malder. siliginis, X. modios hordei, aut XV. modios avene, porcum - - denariorum, ovem cum agno. Litones in *Wilmeressen* - - X. modios hordei aut XV. modios avene, porcum XVI. denariorum, ovem - - - Litones in *Windelessen* XI. maldra, X. modios hordei aut XV. modios avene - - porcum XVI. denariorum, oves ut supra. Mancipia - - solidos ad ecclesiam. In *Mulessen* in anno II. mald. & cetera ut supra. In *Gotlevessen* - - III. tantum solidos redd. & servitium. Omnes litones - - - suis stipendiis navigio ter in anno - cibaria accipient de curia. Unusquisque eorum - carratas lignorum ad coquinam, ad braciarium, ad pis - - Villico servient ad omnem utilitatem curie - - - Decima in *Helmuvardeshusen* - - - *Muthin*. Reditus villæ *Helmuvardeshusen* - - - vestimenta puerorum Abbatis (exceptis X. solidis, *quos constituimus ad armarium librorum* *). In *We* - - - III. villicationes, que grana tantum soluunt, & decimam. - - - In *Winthuson* villicatio quartam partem granorum - - ligna ut supra. In *Thesle* villicatio soluit dimidium triticum, legumina cetera tertiam partem; ad cameram bovinam pellem, duas hyrcinas. - - Molendinum soluit V. solidos. In *Nortt* - - - habet IIII. mansos, que soluit tertiam partem granorum, duos porcos & III. solidos, V. untias ovorum, XXX. caseos, pellem hyrcinam, hospitium Abbati semel in anno. - - - - In *Jkinhusen* IIII. mansi, qui soluunt VIII. maldra tritici, VII. maldra hordei & avene, duos porcos, V. untias ovorum, V. gallinas **. In *Jttlikissin* villicatio VII. mansos - - - malder tritici & XX. maldra aliorum granorum - - V. untias ovorum. In eadem villa I. mansus soluit. - - In *Weleressen* predium soluit XII. maldra. - - In *Diesna* villicatio soluit tertiam partem granorum, duos porcos, V. uncias ovorum, hyrcinam pellem. - - - In *Benkinethorp* soluit decimam, XXX. maldra & bis oblationem in anno - - - ***. Territorium in *Thinkilburch* IIII. mansos habet, qui soluunt XXII. maldra tritici, XVI. mald. siliginis, VII. brazia, IIII. porcos, V. uncias ovorum, V. gallinas, I. mald. caseorum, hyrcinam pellem, servitium Abbati semel in anno ****. In

* Die hier eingeschlossenen Worte stehen am Rand, und bestimmen den jährlichen Bibliotheksfond, nemlich den Aufwand auf Pergament zu denen abzuschreibenden Büchern, und andre Schreibmaterialien.

** Hier übergehe ich eine halbe Seite des Originals, weil der Ort, von dem die Rede ist, unlesbar ist.

*** Hier fehlt ein Blatt, und übergehe ich daher auch auf dem folgenden Blatt eine halbe Seite, die mit der vorhergehenden in Verbindung steht, und dadurch den Ort, von dem die Rede ist, unbekannt läßt. Mit den blosen Zahlbenennungen der Eier, Hüner, Fruchtmaaße wird niemand gedient seyn.

**** Am Rand steht noch: Villicus de *Diesne* soluit tantundem. Unusquisque litonum modium tritici, aut leguminis aut lentis, III. gallinas. Et habebunt bonum convivium; dimidium semel lini. - - - In *Reithere* II. mansi VII. modios pisarum ad domum hosp.

In *Nehen* sunt duo mansi, quorum quisque soluit XV. maldra, decem tritici & siliginis, triticum duobus modiis, siliginem tribus, cetera hordeo & avena, porcos duos XXX. denar. estimatos. In *Anenrothe* dimidium, soluit ad anniversaria Abbatum VI. solidos, VI. modios leguminum, VI. tritici, totidem siliginis, V. uncias ovorum. In *Gunteresbuson* predium soluit VII. solidos. In *Vilmere* mansus I, V. solidos. In *Dalbuson* I. mansus —. In *Diurpithe* I. mansus soluit V. —. In *Natesungun* mansus unus IIII. solidos. *Amalgotessun* villicatio soluit XL. maldra tritici & leguminis, II. brazia, porcum pinguem, XX. uncias ovorum, VI. gallinas, XXX. alletia, equum Abbatis pascet VI. ebdom. servitium Abbati bis in anno. Ad cameram pellem ovinam, II. hyrcinas. In eadem villa V. litones sunt, quorum quisque soluit in uno anno porcum pinguem æstimatum jure duor. VI. solidos, I. maldrum tritici, XII. modios hordei aut XVII. avene, ovem una cum agno; secundo anno duos porcos tribus solidis computatis, IV. maldra caseorum & cetera, excepto jure villici. In *Frankenhuson* IIII. mansi & dimidium, qui soluunt ut supra. In *Kalden* IIII. mansi & dimidius, qui reddunt - - insuper ad cameram talentum puri lini. In *Rikkeressun* I. mansus, qui soluit singulis annis porcum pinguem & VI. denarios; cetera omnia ut supra in *Frankenhuson*. Item mansus I. reddit VII. solidos. Item dimidius VIII. maldra siliginis. Item in *Kalden* mansus I. soluit X. solidos. In *Hatbabratessun* II. mansi, qui soluunt VII. solidos. In *Grauen* villicatio soluit XXXV. maldra siliginis, tres cervisias, V. gallinas, I. anserem, porcos quatuor, servitium Abbati bis in anno. Litones IIII. sunt ibi, quorum quisque soluit X. modios siliginis, X. modios hordei, aut XV. avene, porcum I. solidum valentem, ovem cum agno. Item XII. modios avene ad pabulum, sed parvo modio. Jura sua facient villico. Item mansus I. soluit — maldra siliginis tantum modio Abbatis. In *Bredenuorde* villicatio soluit XX. maldra — & duo tritici, porcum I., XVIII. denar. ovem cum agno, II. brazia, servitium Abbati semel in anno, oblationem piscium XII. denarios valens in festo Sci *Modoaldi*, tantundem in festo Sci Petri, lampredas quoque tres aut quatuor. Item mansus I. in eadem villa soluit jure superiori. In *Rotthingun* villicatio soluit. - - - Litonum XXV. maldra tritici, XXV. maldra siliginis, V. maldra leguminis, V. brazia, II. porcos pingues, V. minores in tertio - - -, in nativitate Dni IIII. gallinas, XII. bacharia, II. anseres, X. uncias ovorum, in L. tantundem, in cena Dni LX. allecia, in Pascha VI. gallinas, XII. bacharia, X. uncias ovorum, in festo Sci Petri tantundem; XII. bacharia, tria maldra caseorum, ter in anno servitium Abbati trium noctium medone, cervisia & ceteris apparatibus, equum Abbatis pascit VI. septimanis, ferramenta IIII. equorum - -, serviet ter in anno; XII. equis intrante * tres oblationes dabit ipsi, equum ipsius pascet quatuor septimanis. Ad cameram bovinam pellem, II. hyrcinas. Litones sunt ibi XXII, quorum quisque soluit in curiam X. modios siliginis, I. tritici, I. brazium, porcum

* versteht sich Abbate.

porcum estimatum X. denarios, ovem cum agno, gallinam unam, tres modios avene ad pabulum Abbatis, & cetera jura villici. Preterea predium in *Werthike* soluit X. solidos —. Item mansus unus V. solidos. — *Binilte* XV. solidi & I. brazium, oblationem bis in anno Abbati in curiam. Item in *Rotthingun* VI. solidi. In *Bukkenhuson* VII. mansi, quorum quisque soluit ad curiam II. porcos trium solidorum, IIII. denarios pro opere estivo. Servit Abbati bis in anno. In *Bobbentun* villicatio soluit XXV. maldra tritici, XXV. siliginis, III. brazia, V. maldra leguminis, II. porcos, V. uncias ovorum, V. gallinas, hyrcinam pellem, XII. bacharia; servit Abbati bis in anno. Eadem villicatio in *Winethe*. Item I. mansus XX - maldra tritici. Item unus XVI. maldra tritici. Item dimidius XII. Item dimidius XII. Item dimidius XII. Item area I. duos solidos. In *Thiderices-huson* mansus unus IIII. solidos. In *Reinhardessun* ad cameram X. solidos; servit Abbati bis in anno. In *Rasthorp* villicatio eosdem reditus quos superior. In eadem villa XV. solidos ad cameram. In *Widerceshuson* III. solidos. In *Rasmereshuson* villicatio XX. maldra siliginis, II. brazia, IIII. porcos, XV. uncias ovorum, VI. gallinas, XII. bacharia; servit Abbati bis in anno duarum noctium; ad cameram bovinam pellem, II. hyrcinas. Litones V. sunt ibi, quorum quisque soluit I. maldrum siliginis, dimidium brazium, I. porcum XVI. denariorum, ovem cum agno, & cetera jura villici; I. mansus, IIII. solid. & servitium. Item I. mansus III. sol. & servitium. Item unus, V. sol. In *Marthegelhus* I. mansus IIII. solid. & servitium. De navi in *Budenevelde* XVI. solidos. In *Wichtirson* Hiscil soluit II. solidos - - *Gothfrithus* soluit II. modios siliginis. - - - De *Warmenessen* XVI. sol. exceptis III. denariis. De *Dranthuson* quinquaginta mold. siliginis & hordei, & in festo S. Michahel III. mold. bonorum caseorum. *Thetmaro* Abbate hujus nominis tercio consentiente Frater Rothegerus ad luminaria Sci Egidii quatuor solidos constituit dare de I. manso in *Lantzeldal* - - - - - - - Constituit etiam IIII. solidos dari de uno manso in *Mulereshagen* - anniversario *Bernhardi de Scowenburg* pri. & isuc ipig - - Constituit etiam IIII. solidos in suo anniversario de uno manso & dimidio, qui sunt in eadem villa, & mold. tritici unum, unum siliginis, unum leguminis, unam tinam cervisie ad elemosinam pauperum dari. Et ut hoc commodius agi possit, hec elemosina dabitur in anniversario illius Abbatis, qui ejus anniversario vicinior erit, vel ante vel retro. *Abbas Conradus* constituit de novali juxta *Mulessen* ad luminaria duarum pelvium Sci Joannis Babtiste & Sci Joannis Evangeliste IIII. solidos, & ad anniversarium suum similiter IIII. Item ad hospitalem domum IIII. Item constituit de *Mulessen* II. solidos in anniversario *Folcmari*. Item constituit in *Warmenessen* de oblatione fratris Rothigeri VI. solidos fratribus interioribus & exterioribus ad saga in nativitate Dni III. solidos ad emptionem piscium in anniversario *Abbatis Thetmari* ante vigiliam - - Domini similam fratribus in refectorio prebendarium panem - - II. maldra tritici, II. siliginis, II. modios leguminis, quod de *Bredenlo* in granarium feretur & inde dabitur. Item de *Warmenessen* ad vestimenta fratris *Rotigeri* VIII. solidos, exceptis III. denariis qui restant. Item constituit de

de *Bensceingthorp* IIII. folidos ad lumen Altaris S. Andree & Sci Erasmi martyris, XV. denarii qui restant dabuntur supradicto fratri ut X. folidi fiant. Constituit etiam *Abbas Conradus* de molendino in *Broke* forori *Helis* VI. folidos quamdiu vivat. Constituit etiam III. folidos in festo S. Servatii de novali quod procurat frater de Hospitali. Item constituit in vigilia octave omnium sanctorum martyrum, omnium fidelium defunctorum ad vigilias, & constituit elemosinam pauperum de novali nove domus *Wedikessen* - - maldra tritici & I. mald. filiginis, II. modios leguminis cum I. tina potus. Emit etiam de suo frater *Rothigerus* in *Wartbike* III. talentis & I. folido XI. agros, de quibus constituit dari V. panes ad elemosinam pauperum in monasterio quoties datur de hospitali.

Conradus hujus nominis *secundus* Dei gratia Abbas instituit ad caritatem fratrum X. folidos de novali in *Benstbiedorf*, scilicet in divisione Apostolorum, in suo anniversario, in anniversario Domini *Rotbolfi* Presbyteri de *Erpessen*, in anniversario Domini *Wulffhardi* Presbyteri, in nativitate Domini de *Rothungun* - - uncias ovorum & VI. gallinas & duas anseres. De - - tereshusun XII. bacharia. In circumcisione Domini - - IIII. uncias ovorum, & unam anserem & - gallinas. In Epiphania Domini de *Hummi* in inferiori - - one V. uncias ovorum & duodecim gallinas. Villicatio S. Marie de *Grauen*. V. uncias ovorum, VI. gallinas & unam anserem, & V. uncias de *Rikkersen*. In quinquagesima de *Rangen* V. uncias ovorum. De *Hechinen* X. uncias ovorum. De *Rothingun* X. uncias ovorum & VI. gallinas, & II. anseres. In cena Domini de *Rothingun* allecia quinquaginta. De *Eichenen* XXX. allecia & X. uncias ovorum. De *Dranchusun* XX. allecia. De *Ratmeresbusun* XXX. allecia. De *Amalgotesb.* similiter XXX. allecia ad mandatum. - - De *Rothingun* X. uncias ovorum & VI. gallinas - - uncias ovorum. De *Raimeresb.* XV. uncias ovorum. - - - In ascensione Domini de *Listingen* V. uncias ovorum. De *Haldingun* XII. gallinas. In festo beati *Modoaldi* de *Vol* - - V. uncias ovorum, V. gallinas, XII. bacharia. In *Pentecosten* de *Thiesle* V. uncias ovorum. In dedicatione ecclesie de *Winithe* V. uncias ovorum, IIII. gallinas, XII. bacharia. In nativitate S. Joannis Babtiste de *Rothen* V. uncias ovorum, VI. gallinas. In festo Apostolorum Petri & Pauli de *Rothingun* X. uncias ovorum, VI. gallinas de *Echinen* X. uncias ovorum. De *Thinkilburch* V. uncias ovorum & unum maldrum caseorum. In natal. S. Kiliani de *Northe* V. uncias ovorum, dimidium malder caseorum. In nativitate S. Marie Magdal. de *Ananroth* - - uncias ovorum. In translatione S. Benedicti nichil. Ad Sci Petri de superiori villicatione in *Hummi* V. uncias ovorum. Sci Laurentii de inferiori villicatione V. uncias ovorum. - - - S. Marie de *Rostorp* II. uncias ovorum, IIII. gallinas, XII. bacharia. S. Auctoris de *Haldingin* V. uncias ovorum. In nativitate S. Marie de superiori molendino III. uncias ovorum, III. gallinas, de uno manso similiter. S. Mauricii - - mansis in *Hummi* octo uncias ovorum & novem gallinas. S. Michahelis de superiori villicatione in *Hummi* V. uncias ovorum. Sanctar. Virginum de *Ratmeresbusun* V. uncias ovorum, VI. gallinas. Omnium Sctor. — de *Echinun* V. uncias ovorum, IIII. gallinas. S. Martini de

Haldunchun V. uncias ovorum. In adventu S. Virginum de *Amalgetessen* VI. gallinas, unam anserem, V. uncias ovorum. In festo S. Andree de *Listungun* V. uncias ovorum, unam anserem. Fac finis. *

Villicatio *in Listingen* soluit XL. mold. siliginis, X. tritici, LXXX. modios ordei, — modios leguminis, duos lentis, rel. ut supra.

Villicatio in *Pikelsin* soluit viginti tritici mold.

LII.

Erzb. Adelbert von Mainz verzeichnet und bestätigt die dem Kloster Hasungen bisher gemachten Schenkungen.

1123.

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Adelbertus* divina favente clementia *Moguntinus* humilis Archiepiscopus & apostolice sedis Legatus notum esse cupio cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam *Volgmarus de Jtra* libera conditione progenitus, pro celestis vite remuneratione & pro animabus parentum suorum, sine aliqua contradictione vel interpositione legali donatione & astipulatione jure perpetuo contradidit ad altare sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in *Hasungen* ecclesiam unam & VIII. mansos in villa que dicitur *Ecchenderf*, quam traditionem nos quoque ipso petente & admonente coram multis testibus in *Frideslare* banno nostro episcopali firmavimus. Eodem autem anno predicto *Volgmaro* cum filio suo *Herelembe*, & milite uno, *Gisone* nomine, occiso, & ad sepeliendum in *Hasungen* pariter deductis, neptis ejusdem Volgmari *Rilint* nomine, que ei jure propinquitatis heres proxime successerat, pro remedio anime sue & pro parentibus suis, nec non & pro absolutione anime cognati sui Volgmari, & pro animabus secum occisorum & consepultorum, ad prefatum altare in Hasungen legali donatione & astipulatione jure perpetuo contradidit sine aliqua contradictione vel interpositione ecclesiam unam & V. mansos & II. molendina & XI. mancipia in villa que *Gran* vocatur. Notum etiam sit omnibus in Christo pie viventibus, quod *Comes Adelbertus de Scoinburg* eodem anno ad predictum altare pro filio suo *Adelberto* occiso II. mansos contradidit in *Westen*, & partem predii in vicinio montis ab eadem abbatia injuste ablati restituit, sed partem adhuc maximam de eodem predio in proprios usus violenter retinuit. Notum etiam sit cunctis ecclesie fidelibus, quod eodem fere tempore quidam *Arnolfus* & frater ejus *Adelman* libera conditione progeniti ad prefatum altare in *Hasungen* sine aliqua contradictione legali donatione & astipulatione jure perpetuo coram multis testibus contradiderunt *VI.* mansos

* Diese Endformel ist ganz deutlich geschrieben, das folgende aber, als eine Art von Nachtrag, mit grösserer Schrift.

mansos & *VIII.* mancipia in villa que dicitur *Hiltdeboldessun* ea videlicet conditione, ut ipsi quam diu viverent secundum presentis vite necessaria rebus sustentarentur monasterii; insuper dabantur eis *IV.* talenta & dimidium talentum & tres solidi pro confirmatione pacti. Facta sunt autem hec anno dominice incarnationis Millesimo *C. XXIII.* indictione *XV.* concurr. *VI.* presidente sancte Romane ecclesie Domino *Calixto* Papa, regnante domino *Heinricho* Romanorum Imperatore Augusto, ejusdem nominis Quinto. Hec autem sunt nomina testium qui donationem Domini Volgmari & Rilinde neptis ejus viderunt & audierunt: Albrandus. Alcelinus. Ernest. Gerungus. Wernharius. Johannes. Richwin, presbiteri. Eilboldus. Wernhardus. Diethmarus. Cuono. Godescalcus. Baldewinus. Erkenbrath. Winne. Hereboldus. Helnwig. Cuonrath. Hoiggo. Erkenbrath. Diedo. Volcolt. Brun. Laici. Hec autem sunt nomina testium qui donationem *Comitis Adelberti* viderunt & audierunt: *Bernus Abbas* ejusdem loci Vodo m°. Wacelinus m°. & ceteri monachi ejusdem loci, Richardus Prepositus & Cantor de Mogontia, Heinricus Prepositus de Bingen, Herimannus capellanus, Eilbolth, Harthmannus, Vodelricus. Laici. Hec autem sunt nomina testium, qui donationem Arnolfi & Adelmanni fratris ejus viderunt & audierunt: *Giso Advocatus*, Dammo, Erdach, Eilbolth, Wicbertus, Burchardus, Drubbreth, Reginhart, Gumbertus, Eberwin, Brun, Eppo, Otto, Conradus, Volcpertus, Deithmar, Reginbolt, Willehelm, Rather, Altdach, Gozbertus, Æcelin, Ellen, Heiggo, Erkenbrath, Bernelin, Gerfrith, Diedo, Brun. Sunt etiam hec subscripta predia predicto cenobio diversis temporibus tradita, quedam quidem a secularibus, quedam a fratribus Deo ibidem famulantibus. Meinhardus monachus *II.* mansos tradidit in *Waltder*. Ruothardus monachus dimidium mansum in *Stoghuse*, Ruothwinus monachus *I.* mansum in *Gran*. Gerwardus monachus *I.* mansum in *Hasenreth*, Gero monachus molendinum *I.* cum quibusdam jugeribus in *Deiboldeshusen*, Duodo monachus *II.* mansos in *Aldenbune*, Conradus monachus *I.* mansum in *Leistingen*, alius Conradus monachus *I.* mansum in *Durngeberg*, Harthmannus monachus *I.* mansum in *Osicheshusen*, Wicbertus monachus *I.* mansum *Albrechtshusen*, Dammo monachus *I.* mansum in *Durngeberg*, Welbber conversus *III.* mansos tradidit in *Dodenhusen*, Stephanus conversus *II.* mansos in *Dethmelle*, Walpertus conversus *I.* mansum *Herigershusen*, Ernfrith conversus *I.* mansum in *Gran*, Gumbertus quidam & mater Ranthwigi m°. *I.* mansum in *Dwern*, Sigebertus conversus *I.* mansum in *Heirtdingeshusen*, Erwinus conversus *I.* mansum in eadem villa. Emebant etiam ipsi Hasungenses fratres alios *II.* mansos in eadem villa, Gozbertus conversus *I.* mansum tradidit in *Deiboldeshusen*, Rocelinus quidam clericus *I.* mansum in *Lare*, *Comes Wernherus* *I.* mansum in *Erffrith* & dimidium mansum in *Ringolgeshusen*, Heinricus quidam nobilis homo *III.* mansos & *I.* molendinum in *Boidegeren*. Northman laicus *I.* mansum & *I.* curtile in *Langenron*, Megingoz de Scoinburg *I.* mansum in *Dwern*. Quidam miles Werner nomine *I.* mansum in *Nordershusen*, Heriman quidam miles *I.* mansum in *Kilechhune*, Irmenharth laicus *I.* mansum in eadem villa. Adelbertus quidam de *Nothfelth* I. mansum in eadem villa. Idem Adelbertus *I.* mansum in *Brungershusen*.

husen. Habent quoque ipsi Hasungenses fratres alios *IV*. mansos in eadem villa. Habent etiam in *Balborn X*. mansos. Emerunt quoque *IV*. mansos in *Odolfeshusen*. Mutuabant etiam per concambium *IV*. mansos in *Obernhasungen*. Eilbertus quidam laicus *VI*. mansos tradidit in Hasungen. Sigefridus quidam laicus *I*. mansum in *Nidernnothfelt* & *II*. mansos in *Obernothfelt*. Adelbertus quidam & uxor ejus Hacecha *I*. mansum & dimidium in *Bessen*. Habent idem Hasungenses fratres *VI*. alios mansos in eadem villa. *Meginfridus* quidam & filius ejus *Gebehar de Alstat* dederunt *I*. mansum in *Duosene* & alium in *Griside*. *Megingoz* quidam de *Bursencede I*. mansum in *Luobenhusen*. Emberico quidam & uxor ejus Diececha *II*. mansos in *Helmungeshusen*. Bertlint *I*. mansum in *Solnhusen* & alium mansum in *Sungeslon*. Reinhardus quidam *I*. mansum in *Warolfeshusen*. Eilbreth quidam *II*. mansos in *Alboldesberge*. Reginhardus quidam dimidium mansum in *Gumbetbde*. Rodingus quidam *I*. mansum in *Angelgisen*. Widelo quidam *I*. mansum in *Dieboldeshusen*. Mutuabant etiam ipsi Hasungenses fratres per concambium a supradicto Volgmaro de Itra *IV*. mansos in *Gran*. & alios *II*. mansos in eadem villa adepti sunt. Emebant preterea *IV*. mansos in *Lon*. Habent quoque in *Rorbach V*. mansos, & in *Volgersun III*. mansos. Notum etiam sit cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod idem Hasungenses fratres mercati sunt cum *XIII*. talentis quoddam predium in villa que dicitur *Gerrichsun* a quodam milite nomine *Albrant*, qui idem predium cum consensu heredum suorum legali donatione & astipulatione jure perpetuo sine aliqua contradictione vel interpositione ad prefatum altare in Hasungen presentibus his subscriptis testibus contradidit & *I*. talentum de predicta pecunia fratribus ejusdem loci caritatis gratia reddidit. Hi autem testes intersuerunt eidem traditioni quam dominus Albrandus Hasungensi monasterio pro *XIII*. talentis & pro salute anime sue fecit: *Abbas Wicbertus* & alii monachi ejusdem loci, *Amelungus* videlicet presbiter, *Odo* presbiter, *Ruothardus* presbiter, *Wacelinus* presbiter, *Ӕcelinus* clericus & presbiter; & laici secundum seculi dignitatem liberi *Ernbertus* & fili ejus *Gerbertus* & *Bennelinus*, *Erdach de Hasungen*, *Albdach de Rorbach*, *Adelung* & frater ejus *Volcwardus*, *Arnolfus de Hiltdeboldessun*, *Brun*, *Reginolt de Richwardeshusen*, Eppo senior, Hunist, *Wieger de Alebene*. *Engezo de Osichesbusen*. Erkenbrath, Diedo, Engezo, Bennelin, Eppo. *Adelbarth de Jsede*. Volcmar, Benno, Bennelin, Hoiggo, Reiggeth, Volcholt, Rocelinus. *Eppo de Hasungen*. Gerfridus, Gerhardus, Willegis, Haholt.

Ut autem hec traditiones rate & inconvulse jugiter permaneant sub invocatione sancte trinitatis idem patris & filii & spiritus sancti & auctoritate sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ibi patrocinantium & sub interminatione dampnationis eterne, banno quoque nostro & sigilli nostri auctoritate eas corroborare curavimus, ut quisque eas infringere malitiose vel injuste sibi usurpare vel aliqua calliditate vel ingenio contra hanc nostre auctoritatis paginam venire temptaverit, sit anathema maranatha Amen.

LIII.

LIII.

Nachricht von einer unter Abt Reginhard geschehenen, zur Präbende der Mönche bestimmten, nach Abt Adelmanns Tod aber widerrechtlich zum Fiskus des Abts gezogenen Schenkung. *

Hezechin de *Geroldesdorf* per concambium tradidit ad altare sancti Wigiberti quæ habuit in prædiis & mancipiis & aliis mobilibus, ea conditione, ut quoad viveret, beneficio quod ab Abbate habuit, libere sine servitio uteretur, mortuus autem in Cœmiterio fratrum ab ipsis fratribus sepeliretur. Quæ traditio cum diebus *Reginbardi* Abbatis facta fuisset coram testibus, ille usque sub tempora *Adelmanni* vixit Abbatis. Quo mortuo mancipia sub jure altaris erant, sed Abbas servitio fisci eos potestative subdebat, cui cum reniti & contra - ire non auderent, rem literis mandari fecerunt, ut, si quandoque Deo jubente justitia & pax osculaturæ se in terram redirent, illi causæ suæ - firmitatem & veritatis haberent.

Hæc autem sunt nomina mancipiorum Reginhart, Jeho, Arnolt, Widego, Abbacha, Berhta, item Berhta, Helcha, Berhta, Ermbraht, Anshelm, Hildigunt, Diederich, Dietmar, Hildegart, Emehilt, Methilt.

His mancipiis dominus suus *Hezechin* statuit, ut vir quidem 6 numismata census daret, foemina autem tria. Quo facto liberi essent ab omni subjectione publicæ exactionis. In morte vero viri optimum caput, foeminæ autem preciosior vestis ad jus spectaret altaris. Hujus rei testes sunt: *Arnoldus de Kirchheim*, Hezechin, Heriger, *Ortho de Owilaha*, *Luideger* & frater ejus *Erkinbraht de Lengesfeld*, & omnis familia de *Owilaha*.

LIV.

* Ich setze diese undatirte Urkunde um deswegen hieher, weil sie, ihrem Inhalt nach, ohne Zweifel unter dem Hersfeldischen Abt Henrich verfaßt worden, der dem Abt Adelmann im Jahr 1127. folgte. Es erhellt daraus zugleich die unmittelbare Nachfolge Abt Adelmanns auf den Beil. XLIV. rc. vorkommenden Abt Reinhard. Von dem ersten redet auch folgender Urkundenextrakt:

1126. *Honorius* Papa Monasterio Hersveldensi, ad petitionem *Adelmanni* Abbatis, antecessorum suorum Privilegia confirmat. Datum *Lateranis* per manum *Almarici* Cancellarii & Bibliothecarii. Indict. III. Pontificatus Domini Honorii secundi an. II.

LIV.

Abt Heinrich von Hersfeld vertauscht mit der St. Sevatiuskirche zu Utrecht das Patronatrecht zu Gülse gegen das in Monasheim.

1 1 3 1.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Notum facimus omnibus tam posteris quam presentibus, qualiter ego *Heinricus* Dei gratia Abbas *Herveldensis* consilio fratrum meorum, & consilio familie Ecclesie nostre, dedi fratribus Ecclesie beati Servatii quæ est in *Trajecto* Ecclesiam de *Gulse* pro concambio allodii quod habuerunt in *Monasheim*, eo quod utrisque nobis erat commodius, per manus Advocati nostri *Herimanni de Rode*, & per manum Advocati Ecclesiæ beati Servatii. Acta sunt hæc *Leodii*, anno Dominice incarnationis MCXXXI. Indict. IX. presente Rege *Lothario* hujus nominis tertio. Hujus rei testes sunt:

Adelbertus Moguntinus Episcopus.
Andreas Trajectensis Episcopus.
Buggo Wormaciensis Episcopus.
Gerlahc Prepositus Herveldensis Ecclesie.
Cuno frater ejusdem Ecclesie.
Gozolt & *Othere* Capellani Abbatis.
Joannes Decanus Ecclesiæ beati Servatii.
Stephanus Scolarum Magister.
Heinricus Cantor.
Winandus Custos, *Willo* Camerarius.

Laici

Heinricus Marchio.
Ludewicus Comes de *Wuodensberg*.
Otto Comes de *Rineken*.
Berhtoldus Comes de *Nuringes*.
Bernhardus de *Hildenesheim*.
Gerhardus de *Hohstaden*.
Gotzwinus de monte falconis.

Ministeriales b. Wigberti

Adolraht, Eggehart, Burchart, Edelhere, Diderihc, Godefrit, Cristianus.

LV.

LV.

Erzbischof Adelbert von Mainz macht den gerichtlichen Ausspruch bekannt, wodurch der Abtei Hersfeld die Zehnten in dem Hassengau und Friesenfeld gegen den Bischof von Halberstadt zuerkannt werden.

1133.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Ego *Adelbertus* Dei gratia *Moguntinus* Archiepiscopus & Apostolicæ sedis Legatus notum facio tam futuris quam præsentibus Christi fidelibus, controversiam inter Halberstattensem & Herveldensem Ecclesiam de decimarum possessione in *Hassega* & *Frisenveld* diu in conciliis & synodis nostris ventilatam, tandem ex mandato Dni Papæ *Innocentii secundi* judiciario ordine in hunc modum esse excisam. Præsidente una nobiscum venerabili sanctæ Crucis in Jerusalem Cardinali Prælato *Gerhardo*, & reverendis fratribus Archiepiscopo *Magdeburgensi Nortbertho*, & ejus Suffraganeo de *Habelenberc Anshelmo*; Coepiscopis nostris *Ottone Babenbergensi*, *Gebehardo Eistatensi*, *Buccone Wormaciensi*, *Sigefrido Spirensi*, *Meginhardo Pragensi*, Abbatibus, Archidiaconis, Prepositis, & aliis innumeris religiosis fratribus in Concilio, utrisque, Episcopo scilicet Ottoni & Abbati, in festo beati Lucæ Evangelistæ præfixo, Abbas suam & Ecclesiæ justitiam in conspectu omnium exposuit, privilegiis Romanorum Pontificum & Imperatorum trecentorum annorum Ecclesiæ suæ esse possessionem confirmavit, justitiam de injuria sibi & Ecclesiæ suæ ab Episcopo illata, quum prædictas decimationes vendicabat, expostulavit. Ubi cum præsentia Episcopi defuisset, neque ejus & Ecclesiæ responsales canonicas exponerent præpeditiones, quomodo terminando negotio presens concilium utrisque canonice & ex amborum consensu indictum fuerat, a Sigefrido venerabili Spirensi Episcopo, Coepiscopis & universo consentiente Concilio, prædictarum decimarum possessio Herveldensi Ecclesiæ & ejus Abbati adjudicata est. Quod factum debita auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ & nostra confirmavimus, & ut omni tempore ratum & inconvulsum permaneat præsentem inde cartam conscriptam sigilli nostri impressione munivimus. Hujus rei testes sunt:

Archidiaconi S. Mogunt. Ecclesiæ:

Henricus major Præpositus.
Adelbertus Præpositus S. Petri.
Godescalcus Præpositus S. Mariæ.
Cuno Decanus.
Hartmannus Cantor.
Henricus Præpositus Pinguiæ.

Abbates:

S. Albani *Wernhere.*

S. Jacobi *Wernholt.*

S. Disibodi *Folchardus.*

de Spanheim *Bernhelm.*

de S. Maximino apud Treviris *Gerhardus.*

Cunradus Dux de *Zerringun.*

Comites:

Arnoldus Præfectus urbis.

Jmicho de *Smedeburg.*

Gerlach de *Veldenza.*

Bertholdus de *Nuringes* & frater ejus *Sigefridus.*

Gerhardus de *Berebach* & frater ejus *Henricus.*

Embricho de *Thidesse.*

Gozmar de *Richenbach.*

Ministeriales Moguntini:

Embricho Vicedominus.

Embricho de Pinguia.

Walpertus, Dudo, Meingoz, Ernost, Obpraht, Ruthart.

Ministeriales Fuldenses:

Reginhart de *Salzungun.*

Berengoz de *Spanla.*

Bernhard de *Erdal.*

Warmund de *Drunonbach.*

Ministeriales Herveldenses:

Widilo de *Hanscuhesleho.*

Ludeger de *Dorndorf.*

Dieterich de *Almunderode.*

Gerlach de *Loubach.*

Bern, *Wille*, *Walcun*, & alii quamplurimi.

Facta sunt hæc *Moguntiæ* Anno Dominicæ Incarn. MCXXXIII. Indict. XI. XII. Cal. Nov. regnante *Lothario* III. Romanorum Imperatore Augusto, Anno regni ejus IX, Imperii vero *primo*, *Lode-*

Lodewico regionario Comite Advocatiam tenente Herveldensis Ecclesiæ. Ego quoque *Henricus* vidi & scripsi hæc.

LVI.

K. Lothar II. bestätigt dem Abt Henrich von Hersfeld die Privilegien seines Stifts, besonders auch die Zehnten der Kirchen zu Allstett, Riedstett und Osterhausen, so wie im Friesenfeld und Hassengau, und erzehlt die über leztere entstandne Streitigkeiten.

d. 7. Nov. 1134.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. *Lotharius* divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Sicut Ecclesiarum Dei est, pro nobis & pro statu regni nostri Dominum jugiter exorare, ita & nostrum est, omnes quidem Ecclesias, eas tamen præcipue de quibus & secularia & spiritualia nobis debentur obsequia, novis donationibus amplificare, & antiquas illarum possessiones debita privilegiorum nostrorum autoritate confirmare atque ab earum invasione omnem hominem factis, edictis, & scriptis nostris propulsare. Notum igitur esse volumus omnibus regni nostri fidelibus & futuris & præsentibus, quod rogatu fidelis nostri *Henrici* venerabilis *Herveldensis Abbatis* omnia, quæ vel Imperatorum sive Regum munificentia, vel Pontificum & Abbatum industria, vel liberalitate Principum, vel oblatione cæterorum fidelium, eidem monasterio a prima fundatione usque in præsens statuta, acquisita, tradita & oblata sunt, nos nostra Imperiali autoritate statuimus, stabilimus, confirmamus, corroboramus, inter quæ præcipue ratas & confirmatas eidem Ecclesiæ nunc & semper esse volumus tres Ecclesias Dominicales, unam in *Altstede*, unam in *Rietstede*, unam in *Osterhusen*, cum omni decimatione de *Friesenefeld* & *Hassega* cum omnibus, quæ in æternum de ipsis Ecclesiis & decimationibus exactitata fuerint, quæ omnia rogatu beatissimi *Lulli*, Moguntini tunc Archiepiscopi, ad cujus Diœcesin eædem Ecclesiæ cum decimationibus prædictis pertinebant, gloriosissimus Imperator magnus *Carolus* Hersfeldensi monasterio cum duobus privilegiis primo tradidit, secundo confirmavit triginta & eo amplius annis ante Episcopatuum per Saxoniam distributionem & Halberstadensis Ecclesiæ constructionem. Quam tamen traditionem & confirmationem, cum trecentis postea annis *Reginbardus* Halberstatensis Episcopus infringere tentasset, & contra Privilegium Prædecessoris nostri *Henrici quinti* in *Merseburg*, ubi & nos affuimus, judicio *Ottonis* Babenbergensis Episcopi, et assensu Principum datum, successorem ejusdem invasionis *Ottonem* Halberstattensem Episcopum habuisset, eadem tandem controversia Moguntiæ in Synodo canonice excisa est, & earundem decimationum possessio *Henrico* Abbati Herveldensi & ejus Ecclesiæ con-

consensu totius Synodi adjudicata est, & a Metropolitano Episcopo Domino *Adelberto*, banno & privilegio confirmata est. Easdem igitur decimationes & omnia, quæ circa Herveldensis Monasterii utilitates privilegiis Romanorum Pontificum atque Imperatorum constituta vel confirmata sunt, nos quoque statuimus atque confirmamus, & ut rata inconvulsaque permaneant, præsentem inde paginam conscriptam Sigilli nostri impressione signamus.

Ego *Eggebardus* vice *Adelberti* Archicancellarii & Archiepiscopi Moguntiui recognovi.

Data anno incarn. Dominicæ MCXXXIV. VII. Idus Nov. Indict. XII. regnante *Lothario* III. Rom. Imperatore Augusto, Anno regni ejus Xmo, Imperii II.

Actum *Fuldæ* feliciter in Christi nomine. Amen.

LVII.

Pabst Innocentius II. bestätigt den vorerwähnten Synodalspruch wegen dem Zehnten im Thüringischen Hassengau und Friesenfeld.

1135.

Innocentius Episcopus *servus* servorum Dei dilecto filio *Henrico Herveldensi* Abbati, ejusque Successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Quemadmodum ea, quæ a nobis statuuntur, firma volumus & illibata persistere, ita ea quæ a fratribus nostris rationabiliter constituta esse cognoscimus debemus auctoritate Apostolica roborare. Quocirca, dilecte in Domino fili Abbas, possessionem decimarum ad jus Herveldensis Monasterii pertinentium a venerabili fratre nostro *Adelberto Meguntino* Archiepiscopo Apostolicæ sedis legato, consilio & deliberatione venerabilium fratrum nostrorum *Gerhardi* sanctæ crucis primi Cardinalis, *Nortberti Magdaburgensis* Archiepiscopi, *Anshelmi Havelburgensis*, *Ottonis Bavenburgensis*, *Gebhardi Echinstatensis*, *Bugonis Wormaciensis*, *Sigfridi Spirensis*, *Megingoldi* * *Pragensis*, Episcoporum, & aliorum tam Abbatum quam Archidiaconorum, Priorum, & multorum religiosorum virorum, Monasterio tuo adjudicatam & scripti sui robore communitam tibi tuisque Successoribus præsentis privilegii pagina confirmamus, proprietatis nimirum quæstione Halberstadtensi Episcopo & Ecclesiæ remota. Nulli ergo hominum liceat, te vel Successores tuos super hoc ullatenus infestare, aut aliquam vobis molestiam seu contradictionem inferre. Si quis autem ausu temerario hoc attentare præsumserit, indignationem beatorum Apostolorum Petri Pauli &c. **

LVIII.

* Die vorhergehende Urkunde vom J. 1133. nennt ihn Meginhardum.

** Hier bricht meine Copie ab, und übergeht die Zeugenunterschrift der Kardinäle.

LVIII.

K. Lothar verleiht dem Abt Henrich von Hersfeld das Eigenthumsrecht über alle, die auf seinem Gebiet sich häuslich niederlassen.

1136.

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis. *Lotharius* divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Juſtum eſt & omnino Imperialem decet munificentiam, ut devotioni fidelium noſtrorum ſemper exorabiles nos præbeamus, ipſorumque petitioni aures exauditionis noſtræ accommodemus. Proinde tam futurorum quam præſentium noverit induſtria, quod nos *Herveldenſem* Eccleſiam omni devotione amplecti volentes, rogatu dilectiſſimi noſtri *Henrici* ejusdem Eccleſiæ Abbatis, Imperiali autoritate noſtra hoc ipſi concedimus, ut quisquis ad locum vel ad terram ipſi pertinentem cauſa habitandi ſe contraxerit, cujuscunque nationis vel conditionis ſit, de proprietate ipſius ſit, nullusque aliquid juris, niſi præſens fuerit, idque coram Abbate probaverit, in aliquo ſibi uſurpet vel attribuat. Quod ratum inconvulſumque eſſe volentes præcipiendo jubemus, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parvave perſona hæc infringere audeat. Si quis autem, quod non credimus, contra hoc præſumſerit, XX. libras auri, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ Eccleſiæ componat. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, præſentis decreti paginam Sigilli noſtri impreſſione notari juſſimus.

Data Anno incarnat. Dominicæ MCXXXVI. Indict. XIV. Anno vero Regni Regis *Lotharii* X. Imp. III.

Actum *Herveldiæ* in Chriſti nomine feliciter. Amen.

LIX.

Hartmud von Dieffeshart schenkt der Kirche zu Hersfeld eine Hube Landes zu Iba, im Hess. Amt Rotenburg, um davon auf immer eine brennende Lampe zu unterhalten.

1139.

In nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti. Quoniam breves ſunt dies hominis ſuper terram, ideoque facta hominum oblivioni facile traduntur, neceſſe eſt, ut ad cognoscendum poſteris ſcedulis annotentur ea, quæ a fidelibus in Monaſteriis offeruntur, ut ſi, quod abſit, ab injuſtis hominibus ea ſibi adſcribentibus poſtmodum invadantur, per autoritatem ſcripti privilegii defendantur.

Unde notum sit omnibus presentibus et futuris, quia vir quidam ex servientibus S. Wigberti, nomine *Hartmut de Diffesbart*, mansum unum in *Ybaho* proprii juris ad altare ejusdem Patroni in *Herevelt* contradidit, ea scilicet causa, ut deinceps semper in superiori cripta sancti Stephani protomartyris, aliorumque sanctorum, quorum reliquie ibi continentur, quæ est in Oratorio ejusdem Monasterii, candela per noctes singulas ex predicti mansi adquisitione firma stabilitate provideretur. Cujus rei testes sunt: *Henricus* Abbas, *Conradus* Decanus & Custos, *Guntramus* major Præpositus, *Gerlach* Præpositus, *Williboltus* Camerarius, *Cuno* Præpositus, *Sigebodo* presb., Reginhart, Hezechin & frater ejus, Eggehart, Diderihc, Gunthere, Hahmunt, Eberhard, Hezechin, Heinrihc, Hartman, Ebo, Heinrihc, Godschalk, Gerlahc, Godefrit, Herdegan, & alii quamplurimi.

Facta sunt hæc anno ab Incarnatione Dni MCXXXVIIII. Indict. II. temporibus *Cunradi* gloriosissimi Regis Romanorum, anno regni eius II, & venerabilis *Heinrici* Herveldensis Abbatis & *Ludewici regionarii Comitis & Advocati*, & *Bobbonis* Subadvocati. Si quis hanc traditionem infringere tentaverit, cum Juda traditore Dni æternis incendiis subjacebit.

LX.

Pabst Innocentius II. bestätigt dem Kloster Selbold seine Privilegien und Rechte.

d. 25. April 1139.

Innocentius Episcopus, servus servorum dei, dilecto filio *Lutoldo* Preposito sancti Johannis Baptiste in *Selbolde*, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Offitii nostri nos hortatur auctoritas religiosa loca diligere, & ea sub Apostolico sedis munimine confouere. Hujus rei gratia, dilecte in Domino fili *Lutolde*, tuis justis postulationibus annuimus & ecclesiam sancti Johannis Baptiste, cui Domino authore presides, sub beati Petri & nostram protectionem suscipimus, & presentis scripti pagina communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem venerabilis locus in presentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata maneant. In quibus hec duximus annotanda, Ecclesiam parochialem in *Selboldt* cum appenditiis suis, agris & decimis, ita videlicet, ut de ea nulli persone, nisi Episcopo, respondeatis, vineas in *alta villa* a Walthero & Hartmanno vobis concessas. Porro de laboribus, quos propriis manibus sumptibusve colligitis, a vobis decimas exigi omnino prohibemus. Fratres vero vestros vel conuersos post factam professionem de claustro discedere, vel ad alium locum transire absque Prelati sui vel fratrum licentia similiter interdicimus. Discedentes nullus Episcoporum vel Abbatum aut ecclesiastica secularisve persona suscipere audeat vel retinere. Quod

Quod si secundo tertiove commonitus redire contempserit, eos excommunicandi habeatis licentiam. Ordinationes vero Clericorum, consecrationes ecclesiarum vel altarium, sive alia ecclesiastica sacramenta, a Moguntino accipietis Archiepiscopo, si Frater catholicus fuerit, & gratiam Apostolice Sedis habuerit, & cum gratia & sine pravitate exhibere voluerit; alioquin licet vobis Catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Adjicimus etiam, ne pro communi interdicto parrochialis ecclesia presata a divino vacet offitio, sed potius clausis januis & exclusis excommunicatis & interdictis submissa voce divina vobis liceat offitia celebrare. De nutrimentis etiam animalium vestrorum dare decimas non rogamini. Decrevimus ergo, ut nulli omnino homini liceat presatam ecclesiam vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in posterum huic nostro decreto contraire tentauerit, potestatis honorisque dignitate careat, & a sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examime districte ultioni subjaceat; Conservantes autem hec Omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, gratiam consequantur. Ad inditium autem precepte hujus a Romana Ecclesia libertatis unum Bizantium nobis & nostris successoribus singulis annis persolvetis.

Ego *Innocentius* catholice Ecclesie Episcopus.
Ego *Berardus* presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Jherusalem.
Ego *Lucas* presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Johannis & Pauli.
Ego *Martinus* presbyter Cardinalis tituli S. Steffani in Cesio monte.
Ego *Azo* presbyter Cardinalis tituli Sancte Anastasie.
Ego *Chrysogonus* presbyter Cardinalis Sancte Braxedis.
Ego *Gregorius* diaconus Cardinalis Scti Angeli.

Datum *Lateranensi* per manum *Armerini* Diaconi Cardinalis & Cancellarii sancte Romane ecclesie VII. Kal. Maji, Incarnationis dominice MCXXXIX. Pontificatus vero Domini *Innocentii* Pape secundi Anno X.

LXI.

Bischof Emmerich von Würzburg befreit die von dem Abt Henrich erbaute Kirche in Hammundeseich von der Parochialverbindung mit der Kirche in Lengfeld.

d. 28. Mai 1141.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Ego *Embrico* Dei gratia *Wirzburgensis* Ecclesiæ Episcopus notum facio cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, precipueque meis in Epis-

Episcopali regimine Successoribus, quia rogatu venerabilis fratris nostri, *Henrici Herveldensis* Abbatis, novellam Ecclesiolam positam in villa quæ *Hamundeseibe* dicitur, & est in extremo Episcopatus nostri termino, a parrochia nostra in *Lengesfeld* *, ad quam præfata villa antiquitus spectare videbatur, nostra Episcopali autoritate absolvimus, & perpetualiter absolutam esse sub anathematis interminatione statuimus, petente hoc nimirum *Udalrico* Lengesfeldensi nunc temporis Parrochiano, & dilecto filio nostro *Gunthero* Præposito ejusdem Parrochiæ Archidiacono in hoc ipsum consentiente, ut in solo synodali debito ad matrem Ecclesiam respiciat, cetera omnia ad curam animarum pertinentia per se habeat, primum scilicet quecunque placuerit, baptismum parvulorum, visitationes infirmorum, sepulturas defunctorum. Quæ absolutio ut rata & per tempora succedentia inconvulsa permaneat, hanc paginam inde conscribi & Sigilli nostri impressione muniri jussimus. Hujus rei testes sunt:

Henricus Herveldensis Abbas.

De Wirciburgensibus:

Otto major Præpositus.

Gebehardus Decanus.

Guntherus Præpositus S. Johannis.

Sigefridus Præpositus novi Monasterii.

Dietmarus Canonicus.

De Herveldensibus:

Gerlachus Præpositus.

Williboltus Præpositus S. Petri & Camerarius Abbatis.

Drubtlieb Magister & Camerarius Fratrum.

Dietmarus Capellanus.

De Liberis:

Lodewicus Comes Provincialis Thuringiæ & Henricus frater ejus.

Godeboldus Comes de *Henneberg*.

Boppo & *Berthold* filii ejus.

Bobbo Comes & frater ejus *Godefrid*.

Bobbo

* Es giebt der Dörfer dieses Namens in der Würzburgischen Dioces mehrere. Das Ritterschaftliche Städtgen Lengsfeld liegt zwar würklich an der äussersten Grenze dieser Dioces, wohin Hamundeseihe namentlich gesezt wird: ich finde aber in dieser Gegend keinen Ort, den man mit lezterm für einerlei halten könnte. Vielleicht ist also eher das Pfarrdorf Lengfeld, in dem Gothaischen zur Grafschaft Henneberg gehörigen Amt Themar, zu verstehen, in das unter andern auch das Dorf Eichenberg, Amt Schleusungen, eingepfarrt ist.

Bobbo & frater ejus *Ludewicus* de Lengefold.
Gerbodo de Arnstede.
Ministeriales Wirciburgenses:
Heroltus Vicedominus.
Folcnandus Dapifer.
Conradus Camerarius.
Yringus Pincerna.
Sahso Marscalcus.
Folckerus & *Gerhardus* frater ejus.
Billingus, *Richelmus*, *Henricus*.
Ministeriales Herveldenses:
Wittilo de *Grizheim*, & *Sizo* frater ejus.
Eggihardus Præfectus urbis.
Dudo de *Cruthusen*.
Hartmud Walcun.
Henribc, *Hezechin*, & alii multi.

Hanc igitur absolutionem quicunque infringere aut quovis modo diminuere tentaverit, iram Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Simonis & Judæ, & S. Kyliani Martyris, & omnium sanctorum Dei, se perpetualiter incursurum noverit.

Acta sunt hec anno dominice incarn. MCXLI. Indict. IV. regnante *Cunrado* gloriosissimo Romanorum Rege anno III, regiminis nostri anno XIII.

Data *Wirziburg* V. Cal. Junii. Conventu Principum publico.

LXII.

K. Konrad III. schenkt dem Probst Luitold von Selbold einen bisher Reichslehnbaren Zehnten.

1143.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Conradus* divina favente clementia Rhomanorum Rex secundus. Equitas justicie & Regni autoritas nos admonet, ecclesiis Deo dicatis temporalia nostra largiri, ut in visione glorie Regem in decore suo videre mereamur, pro temporalibus eterna recepturi. Eapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter decimam nostram, quam *Luitoldus* a nobis beneficiario jure tenebat, de manu ejus liberam recepimus, eamque pro anime nostre remedio, interventu dilecte conjugis nostre *Ger-*

trudis Regine, nec non humili petitione *Luitoldi* Prepositi Ecclesie beati Joannis Babtiste apud *Selbold* legitima traditione concessimus. Decernimus ergo, ut nullus successorum nostrorum Regum seu Imperatorum, aut alia quelibet persona magna seu parva, hanc nostram concessionem infringat; sed prefatus *Luitoldus* Prepositus, suique successores, in ecclesia predicta Deo & sancto Johanni famulantes, eandem decimam cum omnibus suis pertinentiis & utilitatibus omni deinceps tempore libera possessione obtineant. Ut autem hec nostra concessio firma & inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartham inde scribi & Sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroborantes, qui presentes aderant testes subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt: *Henricus* frater noster *orientalis Marchio*, *Othelricus* Comes de *Lenzeburk*, *Godefridus de Nurinberch*, *Waltherus de Louenhuse* & frater ejus *Engelhardus*, *Conradus de Arnesburg*, *Waltherus de Velcwilre*, *Fredericus de Bruningesheim*, & alii quam plures.

Ego *Arnoldus* Cancellarius vice *Henrici* Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi, anno dominice incarnationis MCXLIII. Indictione V. regnante Conrado Rhomanorum Rege secundo; anno vero regni ejus V.

Data apud *Kelsterbach* * in Christo feliciter. Amen.

LXIII.

Erzb. Adelbert von Mainz bezeugt eine von Hertwig, Probst zu St. Johann in Mainz, an das Kloster Eberbach geschehene Güthersschenkung.

I I 4 4.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* divine providentie dispositione sancte *Moguntine* sedis *Archiepiscopus*, hujus nominis *primus*. Dum tempus habemus bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, operari debemus. Omnis itaque noverit posteritas, qualiter *Hertwicus* Prepositus sancti *Johannis* in *Moguntia*, spe accensus sancti desiderii & ea plenius corroboratus, nostra licentia & permissu, per fidejussores suos & mundiburdos, scilicet *Ernestum*, *Arnoldum longum*, & *Cunradum* de *Heppenhefthe*, curtim suam in *Moguntia*, de qua Canonicis beati Martini persolvuntur V. solidi singulis annis, preterea domum in *Altavilla*, cum vineis illuc adtinentibus, vel quicquid in *Waldasso* agrorum vel vinearum possidebat, pro remedio anime sue, & parentum suorum, fratribus Deo servientibus in *Eberbach* contradidit. Beneficium quoque episcopale, quod ab Archiepiscopo *Albertho* concessum tenebat, antecessori nostro *Marcholfo* resignavit. Quod idem Archiepiscopus tum pro memoria sui, tum pro rogatu memorati H. Prepositi, Ecclesie beate Marie in Eberbach contradidit. Retractans itaque secum idem Prepositus ab Abbate memorati loci idem beneficium

* Ein Dorf in der Obergrafschaft Katzenelenbogen, in dem gleichgenannten Amt.

neficium hac recepit conditione, ut karratam vini singulis annis inibi Deo servientibus persolveret, post mortem vero ipsius memorata Ecclesia sibi tradita libere ac quiete recepta possideret. Super hanc igitur traditionem rogatu ipsius fidelis nostri Prepositi cartam hanc conscribi & sigillo nostro signari precepimus, & ne quis contra hec se opponat, vel temerario ausu violentiam aliquam inferre presumat, testium idoneorum qui presentes adfuerunt testimonio plenius confirmavimus. Quorum nomina sunt hec. *Hartmannus* major Prepositus, *Lodewicus* Prepositus sancti *Petri*, *Heinricus* Custos, *Gerlacus* Decanus, Magister *Willehelmus*, *Wernherus* Abbas *sancti Albani*, *Heinricus* Abbas *sancti Jacobi*. *Liberi*, *Hermannus Comes Palatinus*, *Emicho Comes de Liningen*, *Wolframus Comes de Werthheim*. *Ministeriales*, *Dudo* & frater ejus *Mengotus*, *Ruothardus* Vicedominus & filius ejus *Arnoldus*, *Salman*, *Walpotho*, & alii quam plures.

Acta sunt hec *Mogantie*, anno dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VI. sub *Cunrado* rege hujus nominis II.

LXIV.

K. Konrad III. erneuert dem Abt Henrich von Hersfeld, als ihn dieser zur Einweihung der neuerbauten Stiftskirche eingeladen hatte, den ehmals seinem Stift gehörigen, nachher aber davon abgekommenen, Zehnten zu Ingelheim.

d. 17. Oct. 1144.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. *Cunradus* divina favente clementia secundus Romanorum Rex, Augustus. Justitiæ definitio est constantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique quod sibi jure competit. Quam virtutem cum omne hominum genus partim a natura, partim institutis legalibus edoctum colere semper & exercere habeat, præcipue tamen regiæ dignitati congruit, talem animi habitum immutabiliter induere. Iis tamen personis nostra dignatio in omni pietatis & æquitatis defensione propensiorem debet adhibere benivolentiam, quæ divinis sincerius sunt mancipatæ obsequiis, & nobis in administratione regni sollicite agentibus & orationis mundæ beneficio & veracis consilii subsidio & indefessi laboris studio assistunt. Ea propter, reverende Abba *Henrice* Herveldensis Cœnobii, cum nos ad dedicationem tuæ Ecclesiæ, quæ a Heinrico venerabili Moguntino Archiepiscopo rite peracta est, pia benevolentia invitaveris, dignum esse arbitramur, ut Ecclesia tua de nostro adventu gaudeat, & de nostra liberalitate emolumentum capiat. Et licet congregatio tua prisco Regum seu Imperatorum beneficio decimationem de indominicatis nostris in *Ingelnheim* habuerit, tamen quia per insolentiam temporum tam a longis retro temporibus monasterio

tuo negata eſt, eam tibi tuisque ſucceſſoribus in perpetuum reddimus, concedimus, & tam ipſam, quam omnes poſſeſſiones, quæ munificentia Regum, liberalitate Principum, donatione Chriſti fidelium, Eccleſiæ tuæ collatæ ſunt, per præſentis præcepti paginam Eccleſiæ Hersveldenſi confirmamus. Decernimus ergo & regia autoritate præcipimus, ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum, Regum ſeu Imperatorum, aut alia quælibet perſona magna ſive parva, eandem decimationem Eccleſiæ tuæ abalienare, vel aliquo ingenio diminuere præſumat, ſed tam tu, quam ſucceſſores tui, omni deinceps tempore ſine contradictionis moleſtia poſſideant. Si quis vero, quod abſit, tam in prædicta decimatione, quam in cæteris Eccleſiæ poſſeſſionibus, te vel ſucceſſores tuos aliquo modo perturbare præſumſerit, centum libras auri puriſſimi componat, quarum partem dimidiam Cameræ noſtræ, reliquam vero tibi tuisque ſucceſſoribus perſolvat. Et ut hæc noſtra conceſſio ſive confirmatio rata & inconvulſa permaneat, hanc inde cartam ſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, manuque propria, ut infra apparet, corroborantes idoneos teſtes ſubternotari fecimus. Quorum nomina hæc ſunt:

Henricus Moguntinus Archiepiscopus, Conſecrator ejusdem Eccleſiæ.
Buggo Wormatienſis Episcopus.
Wiggerus Brandenburgenſis Episcopus.
Adolphus Fuldenſis Abbas.
Wibbaldus Stabulenſis Abbas.
Conradus Helmwardeshuſ. Abbas.
Adelbertus Marchio.
Ludewicus Provincialis Comes *Thuringiæ* ipſius loci Advocatus.
Hermannus Comes de *Winzeburg* & frater ejus *Henricus*.
Sizo Comes.
Erneſt Comes.
Godefredus Comes & frater ejus *Poppo* Comes de *Zigenhagen*.
Rudgerus Comes.
Ludewicus Comes de *Lara*, & cæteri quam plures.

Signum Domini *Conradi* Romanorum Regis ſecundi. Ego *Arnoldus* Cancellarius vice *Henrici* Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Anno Dominicæ incarnat. MCXLIV. Indict. VII. regnante Conrado Romanorum Rege, vero anno regni ejus VII.

Data eſt *Heresfeldii* XVI. Cal. Nov. in Chriſto feliciter. Amen.

LXV.

LXV.

K. Konrad III. bestätigt dem Kloster Helmershausen die von seinen Vorfahren erhaltne Privilegien.

d. 17. Oct. 1144.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Conradus* divina favente clementia Romanorum Rex secundus. Justitie definitio est, constantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique quod sibi jure competit. Quam virtutem cum omne hominum genus, partim a natura partim institutis legalibus edoctum, colere & exercere semper debeat, precipue tamen regie dignitati congruit, talem animi habitum immutabilem induere. Ejusmodi tamen personis nostra dignatio in omni pietatis & æquitatis defensione propensiorem debet adhibere benevolentiam, que divinis sincerius sunt mancipate servitiis & obsequiis, & nobis in administratione regni sollicite agentibus & orationis beneficio, & veracis consilii subsidio, & indefessi laboris studio, assistunt. Ea propter, reverende Abba *Conrade* Helmershusensis Cenobii, ob petitionem charissimi & fidelissimi nostri *Wilboldi* venerabilis Stabulensis Abbatis, concedimus tibi, & per te tuis successoribus ac monasterio tuo in perpetuum, omnem libertatem & immunitatem, quam venerabili loco tuo, dicto *Helmwardeshusun*, a predecessoribus & progenitoribus nostris Regibus Romanorum vel Imperatoribus, *Ottone* videlicet Imperatore, *Conrado* abavo nostro Imperatore, *Henrico* avo nostro Imperatore, *Henrico* avunculo nostro Imperatore, concessa & per privilegii paginam confirmata sunt, hac videlicet rationis constantia, ut nulla deinceps persona, magne vel parve potestatis, cujuscunque sit ordinis vel officii, presumat jam dictam Ecclesiam tuam, vel res ad ipsam pertinentes, ullius impedimenti vel artis molestia inquietare, non tributum vel aliquam functionem seu pensionem publicam exigere, non servitium regale aut servitii redemptionem, vel hospitia seu prandia tollere, sed per omnia & in omnibus, ex antiqua Regum & nostra concessione, perpetua utatur libertate. Statuimus quoque, ut juxta Predecessorum nostrorum edicta nullum idem locus habeat Advocatum, nisi quem Abbas, qui pro tempore fuerit, concordi fratrum consilio electum sibi preficiendum judicaverit. Cui Advocato tam in ipso jam sæpe dicto loco, quam in aliis ibidem pertinentibus, non licebit hospitia sumere, non pallefredos tollere, non canes alere, non pro adeunda curia vel expeditione nostra quodcunque supplementi vel pensionis capere, non freda, non redibitiones exigere, sed in omni importunitate locum, personas, fundos, totius negligentiæ postposita materia, studebit defensare. Habeat etiam Abbas in omne tempus liberam potestatem statuendi, habendi mercatum & nundinas publicas, percussuram monetæ formandi, thelonium accipiendi, ibique diversarum regionum commercia vendendi & emendi. Ea propter regia & imperiali potentia decrevimus, ut omnes

omnes negotiatores & institores, cæterique hominum ad idem mercatum venientes, vel ibi manentes, seu inde revertentes, talem pacem talemque justitiam, banni nostri interpositione, obtineant, qualem illi habent, qui *Moguntiæ*, *Coloniæ* & *Trudimonie* negotium exercent, talemque compositionem legum violatores hujus precepti persolvant. Quecunque autem utilitas, tam in bonis, quam in moneta, theloneo, stationibus, ypothecis accrescere potuerit memorato Cenobio, suisque Rectoribus, in perpetuum tradimus & confirmamus, Deo ibidem militantium usibus profutura. Et ut hæc donatio sive confirmatio rata & inconvulsa permaneat, presentem paginam Sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria corroborantes idoneos testes subnotari fecimus:

Henricus Moguntinensis Archiepiscopus.
Bucco Wormatiensis Episcopus.
Wicberus Brandenburgensis Episcopus.
Bernhardus Badelbornensis Episcopus.
Albertus Marchio.
Hermannus Comes de *Wincenburg* & frater ejus *Henricus*.
Ludovicus Comes de *Turingia*.
Silo Comes de *Caurenberg*.
Hervest Comes de *Tonna*.
Ludovicus Comes de *Lara*.
Ælulfus Abbas de *Fulda*.
Henricus Hersfeldensis Abbas.
Wibaldus Stabulensis Abbas.
Reinhardus Reinheuser Abbas.

Signum Domini *Conradi* Romanorum Regis secundi.

Ego *Arnoldus* Cancellarius vice *Henrici* Moguntinensis Archiepiscopi & Archidiaconi recognovi. Anno Dominicæ incarnationis *millesimo* C. XLIV. Indict. VII. regnante *Conrado* secundo Romanorum Rege, Anno regni ejus VII. Data *Hersfeld* XVI. Kal. Nov. in Christo feliciter. Amen.

LXVI.

Erzb. Henrich von Mainz bestätigt eine dem Kloster Eberbach geschehene Schenkung im Nahgau.

1 1 4 5.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* Dei clementia *Moguntine* sedis *Archiepiscopus* hujus nominis *primus*. Quantum humane indagationi datur inquirere, nichil in hiis rebus transito-

transitoriis utilius, nil dulcius, nil saluti anime certius, quam deo famulantibus tradita augere, aucta Domino auxiliante ad effectum ducere, dicente Apostolo; velle mihi adjacet; velle enim humanitati, summa perfectionis soli convenit deitati. Notum itaque esse volumus cunctis Christi & Ecclesie fidelibus, qualiter *Godefridus* homo liber de *Imziswilre*, & ejus uxor *Bertha*, que erat de melioribus Ecclesie Ministerialibus orta, predium quod habuerunt in *Pago Nahgouwe*, in villa que dicitur *Walsheim*, pro remedio animarum suarum suorumque parentum beate Marie in *Eberbach* tradiderunt ad temporale subsidium ibidem in Dei laudibus sine intermissione existentium. Porro prefati cenobii beate Marie Fratribus nobis, que acta erant, referentibus sollerti cura, sicut debuimus, prefatam traditionem confirmare studuimus. Convocatis igitur tribus *Dudone* videlicet, *Mengoto* Vicedomnio, & *Hartwino* in unum fratribus ejusdem predii heredibus, tocius altercationis negotium enodavimus, traditionem, quam supra memoratus G. & neptis eorum B. fecerant in nostri presentia confirmantibus. Preterea horum junior fratrum *Hartwinus* mansum sui juris, quem in eadem villa possederat, specialiter pro remedio anime sue confirmationi addidit, quam fecerat. Nos igitur quia cum tempore labitur memoria, ne succedentium prefatam traditionem aliquando vexet injuria, in verbo Domini prescripta confirmamus, sigilli nostri impressione, ut inconvulsa permaneant, subjunctis testibus in virtute spiritus sancti munivimus. Testium nomina, qui interfuerunt, hec sunt. *Hartmannus* Prepositus de Domo, *Gerlacus* Decanus, *Anshelmus* Prepositus ad Gradus, *Burchardus* Prepositus de *Jegcheburch*. *Liberi Arnoldus de Hagenouwe, Anshelmus de Rigelenstein. Ministeriales, Erlewinus* de *Moguntia*, *Walpertbus* de *Pinguia*, *Cunradus* Pincerna, *Wernberus* Dapifer, & alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXLV. Indictione VIII. Regnante *Cunrado* Rege Romanorum, hujus nominis III.

Data in *Altavilla* II. Id. Jan. feliciter. Amen.

LXVII.

Abt Henrich zu Hersfeld giebt dem Graf Berthold von Henneberg vier lehnbare Huben zu Wölffershausen eigenthümlich, und läßt sich dagegen vier Huben in Elspe lehnbar machen.

1145.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Ego *Henricus* Dei gratia Heresfeldensis Ecclesiæ Abbas notum facio cunctis Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus, quia rogatu *Bertholdi* Comitis de *Henneberg*, liberi hominis nostri, secundum consilium fratrum & ministerialium & cæterorum fidelium

fidelium nostrorum, quoddam cum eo concambium legitimum fecimus. Reddidit enim nobis idem Comes quatuor mansos in *Wolfhelmesbusun* * positos, quos ipse beneficiario jure ab Ecclesia nostra habuerat, ea videlicet conditione, ut eosdem mansos cum omnibus pertinentiis suis ipsi & heredibus ejus in proprietatem perpetuam legitime traderemus, & e contra ab ipso, collaudantibus hoc aliis heredibus ejus, quatuor mansos de hereditate ipsius in *Elpe* sitos, cum omnibus quæ ad ipsos jure respiciunt, in perpetuum dominium nostrum & Ecclesiæ nostræ per legitimum concambium reciperemus, ipsosque mansos in beneficium, sicut & priores fuerant, e vestigio ipsi concederemus. Quod & secundum legitimum morem patriæ nostræ perfecimus, tam ipso quam aliis fidelibus nostris liberis & ministerialibus per fidelitatem, quam nobis & Ecclesiæ nostræ jurassent, attestantibus, quod concambium ex parte nostra melius esset & utilius. Hoc igitur concambium ut apud posteros ratum & inconvulsum permaneat, duo inde privilegia conscribi & sigilli nostri impressione muniri jussimus, unumque ex illis apud nos reservari, aliud jam dicto Comiti dari fecimus. Hujus concambii testes sunt hi:

Willibaldus Præpositus S. Petri Camerarius Abbatis.
Drubtliebus Camerarius fratrum.
Arnoldus Prior.
Volmarus Prior.

De Nobilibus:

Boppo de *Hennenberg.*
Boppo de *Richenbach* & frater ejus *Godfrid* de *Zigenhagan.*
Boppo de *Jrmenoldeshusun* & fratres ejus *Lodewic* & *Godebolt.*

De Ministerialibus Heresfeld:

Widelo de *Grizheim.*
Eggehardus Præfectus de *Heresfeld.*
Dudo de *Cruthusun.*
Eggebraht de *Heilingun.*
Walthun, Herdegen, Elbewin.

De Fuldensibus:

Reginhard de *Salzungun.*
Lodewic de *Wangenheim.*

Gesta sunt hæc apud *Fuldam*, conventu publico Regis & Principum, Anno Dominicæ incarn. MCXLV. Indict. VIII. regnante *Conrado* gloriosissimo Romanorum Rege IIdo, anno regni ejus VIII, anno quoque nostri regiminis in Abbatia XVIII, *Ludewico Comite Thuringiæ IIdo Advocatiam tenente Heresfeldensis Ecclesiæ.*

LXVIII.

* vermuthlich das Dorf Wölffershausen, im Meinungischen.

LXVIII.

K. Konrad III. schenkt der Abtei Hersfeld die Hälfte seines Allodiums in Homberg, samt der Hälfte eines angerodeten Distrikts bei der Stadt Neukirchen.

d. 2. Aug. 1146.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. *Conradus* divina favente clementia Romanorum Rex secundus. Antecessorum nostrorum Regum seu Imperatorum exemplis edocti felici comercio sic temporalia erogare debemus, ut æternorum premiorum certitudinem nobis conquiramus. Ea propter omnium tam futurorum quam presentium noverit industria, qualiter nos ob regni nostri firmam stabilitatem, & pro remedio anime nostre dilecteque conjugis nostre *Gertrudis* Regine, que in *Hersvelden* Domino supremum spiritum reddidit, beatis Apostolis Simoni & Judæ in *Hersveld*, & confratribus in monasterio eorum ibidem Deo servientibus, medietatem allodii in *Hohunburg* *, que nobis attinet, cum omnibus appenditiis suis & cum medietate novalis quod *Werplohen* ** dicitur, & cum omni utilitate, que in presens inde habetur, vel imposterum abinde elici potest, excepto quod a nobis inbeneficiatum est, & excepto *monte* ipso *Hohenburc*, legitima donatione contradidimus, & per presentis privilegii autoritatem lege in perpetuum valida eis confirmavimus, edicto regali statuentes, ne quis Successorum nostrorum Regum seu Imperatorum, aut alia quælibet persona

* Stadt Homberg, in Niederhessen, die von dem anliegenden hohen Berg, und der vormals darauf befindlichen alten Burg, den Namen hat.

** Werplohen, oder Werplo, war ein angerodeter Distrikt bei der Hess. Stadt Neukirchen. Man sieht aus dieser Urkunde, daß es falsch ist, wenn Kopp Hess. Gerichtsverf. Th. 1. S. 36 anführt, als habe die Stadt Neukirchen selbst ehmals Werslo geheisen, wie schon Engelhard Hess. Cassel. Erdbeschr. S. 563 auf fremden Credit bemerkt hat. Von diesem Werslo redet auch ein undatirtes, aber älteres, Hersfeldisches Zinsregister: in *Werslohe* molendinum unum persolvens II. solidos, & pratum unum persolvens VI. solidos. — Item novale in *Werslohe* persolvit ad præsens nobis & *Comiti Willibardo* II. talenta, exceptis II. solidis, & in futurum talenta V. & dimidium.

Ein Hersfeldischer Urkundenextrakt von eben dem J. 1146. meldet: *Henricus* Abbas Hersfeld. testatur, quod *Gertrudis Regina Hersfeldiæ moriens* inaures suas & aureum pectorale dedit Ecclesiæ ibidem, quod *Boppo Comes* accepit pro 50. marcis hac lege, ut si depositum suum *Danckenrod* intra annum non redimeret, id cederet proprietati Ecclesiæ. — Der Graf Boppo ist ein Ziegenhainer, und Danckenrod ein Dorf im Hess. Amt Rotenburg.

1147. *Henricus* Abb. Hersf. testatur, quod *Widelo de Handschuslehen* legaverit tria talenta Ecclesiæ Hersfeldensi singulis annis persolvenda.

perſona magna ſive parva, hanc noſtram donationem infringat, ſed prediſti monaſterii Abbas & fratres ibidem Deo ſervientes omni impoſterum tempore prediſtum allodium libera & quieta poſſeſſione obtineant, nullum Advocatum preter *filium noſtrum*, aut alium aliquem ex noſtris heredibus, eidem allodio preponant. Nullus & Abbas imbeneficiare, vel diſtrahere, ſeu aliquid inde preter communem fratrum ſuorum petitionem ordinare preſumat. Si quis autem, quod abſit, hujus noſtre donationis ſtatutum infringere, aut aliquid de prediſto allodio imbeneficiare vel diſtrahere preſumpſerit, 100. libras auri componat, quarum dimidiam partem camere noſtre, reliquam vero prefato monaſterio perſolvat. Et ut hec verius credantur, & omni deinceps tempore inviolata ſerventur, hanc cartam inde conſcriptam & manu noſtra corroboratam impreſſione Sigilli noſtri ſignari juſſimus, nec non & teſtes annotari, ſub quorum preſentia hec aſta ſunt, - - - quorum hec ſunt nomina:

Egilbertus Babinbergenſis Epiſcopus.
Adolf. Fuldenſis Abbas.
Adam Ebracenſis Abbas.
Rabbodo Abbas de *Habelbrunnen.*
Fridericus Dux.
Hermannus Palatinus Comes.
Boppo Comes de *Hennenberg* & *Bertholdus* frater ejus.
Godefrid Comes de *Zigenhaga*, *Boppo* frater ejus de *Richenbach.*
Giſo de *Hildenburg.*

Ego *Arnoldus* Cancellarius vice Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.
Data IV. Nonas. Auguſti Indiſt. IX. Anno Dominice incarnat. MCXLVI.

LXIX.

Erzb. Henrich von Mainz nimmt das Kloſter Selbold mit allen ſeinen Güthern in ſeinen Schuz.

d. 25. Mai 1151. 26

In nomine ſanſte & individue trinitatis. *Henricus* divina favente clementia *Moguntine* Sedis Archiepiſcopus. Quoniam inquirentium dominum generationis propagine valde utilitati ſanſte Eccleſie provideri, & ipſius gubernatoris progreſſum aſſiduis precibus in anteriora provehi cenſemus, officii noſtri nos authoritas non ſolum pio qualicunque affeſtui verbotenus favere, verum etiam, ubi oportunum viderimus, proſequente ſtudio manum adjutorii non ſegniter hortatur apponere. Unde

Unde universitati tam presentium quam futurorum notum esse volumus, quod dilectissimus frater noster *Gerhardus Selboldensium* Abbas cum fratribus suis devotissime nobis institit, ut locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum pertinentiis suis, Ecclesiam parrochialem sancti Petri in *Selbold*, sancte Marie, sancti Petri in *Geilnhusen*, cum omnibus pertinentiis in *Mitlaw*, in *Gonsrode*, in *Hittengesesse* * capellas cum possessionibus & aliis pertinentiis, earundem decimas in prefatis villulis ac alia bona sua, que in presenti juste tenent & possident & in antea justo acquisitionis titulo possiderunt, sub umbra culminis nostri paterne colligamus. Quibus omni humilitate nostram authoritatem crebro pulsantibus tandem impetrationis ostium aperuimus, quatenus Christi benedictione nostraque subventione id quod ad decorem & profectum domus dei divina aspiratione preventi inceperunt, ipsius adjutorio subsequente eo tenore perficiant, ut idem fundus cum jam traditis & in perpetuum tradendis, sicut hactenus in confinio illo circa *Kintzicham* tam in *Selbold* quam in *Gelnhusen* & in aliis prefatis villulis possessa pretaxate Selboldensi scilicet ecclesie pertinuerunt, sic sine alicujus retractione cum omni subjectione irrefragabiliter omni modo pertineant. Statuimus etiam, ne quis Prepositorum, Decanorum, Archidiaconorum prenominata loca alicujus petitionis vel exactionis vel hospitatus calumnia infestet, & salva integra maneant diocesano jura sua debita & consueta. Concedimus eidem Abbati suisque successoribus, simulque suis subditis, jus predicandi, baptizandi, sepeliendi, penitentes suscipiendi, infirmis omnibus subveniendi. Ut autem hec nostra dispensatio facta legaliter & benigne perhennem obtineat firmitatem, & neminis versutia valeat retractari, conscribi hanc paginam & sigillorum Ecclesie nostre & nostri jussimus impressione muniri sub interminatione anathematis inhibentes, ne ulla Ecclesiastica secularisue persona dispensationi predictæ presumat ausu temerario contraire. Quod si quis attemptaverit, indignationem omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, beati Martini & excommunicationis nostre sententiam se noverit incursurum. Acta sunt hec anno incarnationis Domini anno MCLI. Indictione XIIII. Concur. VII. Epactis XII. conscriptum est hoc privilegium. Testes autem hi sunt qui interfuerunt & annuerunt. *Hartmannus* majoris domus Prepositus, *Henricus* Custos, *Gerlacus*, *Wilhelmus* Scolasticus, *Burkardus* de *Gicbeburck* Prepositus, *Hartmannus* ad sanctum Mauritium Prepositus, Capellani *Giselbertus* & *Rudingus*, Abbates *Henricus* de sancto *Albano* & *Godefridus* de sancto *Jacobo*, Comites *Henricus* de *Catzenelnbogen* & *Gerhardus* de *Nuringis*, *Egbertus* de *Gelnhusen*, *unus de fundatoribus ejusdem loci*, *Arnoldus* de *Hagenowa*, *Memgozus* Vicedomus & frater ejus *Dudo* Dapifer, *Heroldus* Pincerna, *Conradus*, *Hartmudus* marscalcus cum ceteris.

Data *Moguntie* VII. Calend. luna quinta.

LXX.

* liegen alle drei in der Nähe von dem Isenburgischen Dorf Langenselbold.

LXX.

Erzb. Henrich von Mainz vergleicht die Klöster Eberbach und Winckel über verschiedne Streitigkeiten.

1151.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia *Moguntine* Sedis Archiepiscopus. Ad nostrum spectat officium, quos miseratio divina speculatores suos constituit, viliganti cura & studio indefesso quoslibet fideles & precipue eos, quorum vita & professio quietem exigit contemplationis, ad concordiam, qua etiam minime res crescunt, exhortari, & ita in unitate caritatis eos adunare, ut pura conscientia, & mente tranquilia, deo deserviant, & caritatem habentes in nullo deficiant. Notum igitur esse volumus universis tam futuri quam presentis evi Christi fidelibus, qualiter *Folperthus* Abbas de *Winkelo* adversus Dominum *Ruothardum* Abbatem de *Eberbach* quondam questionem moverit, IIII. capitulis distinctam. In primo vero asserebat capitulo fundum illum, in quo situm erat Eberbacense cenobium & Fratrum mansiuncule, Ecclesie sue in Winkelo pertinere. In secundo dictum mansum in villa Eberbach in jus proprietatis item Ecclesie sue requirebat. In tercio capitulo II. mansos in quadam *insula Rheni*, que curti nostre in *Altevile* adjacet, ad usum fratrum suorum contraditos ajebat. Et in IIII. capitulo ortum & decursum cujusdam aque que dicitur *Rezelinisbrunnin* in jus & proprietatem cenobii sui vendicabat. Reverendus autem Eberbacensis Abbas, licet hec omnia absque contradictione in libera & quieta possessione per multorum annorum successiones habuisset, tamen predicto Abbate de Winkelo, qui assertionem quidem minus probabilem videbatur habere, propter bonum pacis & quietis consilio nostro & Ecclesie nostre fecit compositionem, restituens eis VII. jugera vinearum ad querimonie sue perpetuam sopitionem & ad reformandam fraterne caritatis unitatem. Abbatissa quoque de *Aldinmunstre* in Moguntia jus, quod se asserebat habere in decursu prememorate aque, nostra peticione & auctoritate ad usum fratrum in Eberbach stabili jure contradidit. Ut autem compositio, restitutio atque traditio, rata & inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam fieri & inpressione sigilli nostri precepimus insigniri, sub anathemate prohibentes, ne quis ausu temerario hec caritatis opera cassare aut infringere presumat. Hujus rei testes sunt: *Hartmannus* major Prepositus, *Arnoldus* Prepositus sancti *Petri*. *Heinricus* Erfordensis Prepositus, Magister *Willehelmus*, *Heinricus* Abbas sancti *Albani*, *Godefridus* Abbas sancti *Jacobi*. De *Liberis Gerhardus* Comes de *Nuoringis*, *Arnoldus de Hagenouwe*. De *Ministerialibus Mengotus* Vicedominus, *Embricho Comes Rheni*, & alii complures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLI. Indictione XIIII. Regnante invictissimo Rege *Cunrado*.

LXXI.

LXXI.

Erzb. Henrich von Mainz unterwirft das Nonnenkloster Meerholz dem Kloster Selbold, und nimmt es in seinen Schuz.

d. 25. Mai 1151.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* divina favente clementia *Moguntine* Sedis Archiepiscopus. Quoniam inquirentium Dominum generationis propagine valde utilitati sancte Ecclesie provideri & ipsius gubernatoris processum assiduis precibus in anteriora provehi censemus, officii nostri nos authoritas non solum pio qualicunque affectui verbotenus favere, verum etiam, ubi oportunum viderimus, prosequente studio manum adjutorii non segniter hortatur apponere. Unde universitati tam presentium quam futurorum notum esse volumus, quod dilectissimus frater noster *Eberhardus Selboldensium* Abbas cum fratribus suis diutissime nobis institit, ut pro exornando eorum loco sorores suas sub umbra culminis nostri ultra *Waldaphyn* ad locum qui dicitur *Rode* * in hereditatem, quam *Embrico* ministerialis noster eorum Ecclesie pro remedio anime sue & pro redemptione patris ejus *Wigandi* & matris ejus *Hadewigis* & uxoris ejus *Gude* & fratris ejus *Luthardi* omnisque parentele sue contulit, paterne colligamus. Quibus omni humilitate nostram authoritatem crebro pulsantibus tandem impetrationis ostium aperuimus, quatenus Christi benedictione, nostra quoque permissione, id quod ad decorem & profectum domus dei divina aspiratione preventi inceperunt ipsius adjutorio subsequente eo tenore perficiant, ut idem fundus cum jam traditis & in perpetuum tradendis, sicut hactenus in confinio illo circa Renum tam in *Hetenesheim* quam in *Altavilla* ab ipsis possessa pretaxate Selboldensi scilicet Ecclesie pertinuerunt, sic sine alicujus retractione cum omni subjectione irrefragabiliter omnimodo pertineant. Statuimus etiam, ne quis Successorum nostrorum eundem locum alicujus petitionis vel exactionis sive hospitatus calumpnia infestet, excepto jure, quod ex antiquo institutum comuniter ab omnibus inibi quippiam ejusdem juris possidentibus episcopali debetur mense. Annectendum etiam duximus, ut ipse sorores cum fratribus sibi necessaria procurantibus prefate ecclesie Abbati, sanioris partis consilio canonice electo, sint per omnia in Christo subjecte, ita ut sit unus grex & unus pastor, & ut idem victus & vestitus, iidem mores, eedem consuetudines iidemque officiales pro dispensatione ejus utrinque uniformiter teneantur, & nulla sine communi congregationis consensu suscipiatur vel ejiciatur. Concedimus etiam procuratoribus earum jus predicandi, baptizandi, sepeliendi, penitentes suscipiendi, infirmis omnibus modis

* Rode, ein Dorf in dem Isenburg-Meerholzischen Gericht Lieblos, eine Stunde von Meerholz. Die übrigen in dieser Urk. vorkommenden, und im Rhingau gelegnen, Orte Wallof, Hattenheim, und das Städtgen Elfeld, sind bekannt genug.

modis subvenlendi. Precipimus autem beati Petri Apostolorum principis successorumque ejus, nostra quoque authoritate, ut hec, que a nobis sancita & nostra inscriptione signata censentur, nullus infringere aut in irritum ducere presumat. Quod si quis aliqua retrogradatione corruptus temeraverit, hujus sedis censure, & tandem, si non resipuerit, excommunicationis sententie usque ad dignam satisfactionem subjaceat. Igitur ne hujus statuti series a quovis intestabilis judicetur, hos qui interfuerunt testes subscribere curavimus. *Hartmannus* majoris domus Prepositus, *Henricus* Custos, *Gerlacus*, *Wilhelmus* Scolasticus, *Burkardus* de *Guhebureck* Prepositus, *Hartmannus* ad sanctum *Mauritium* Prepositus, Capellani *Gyselbertus* & *Rudingus* Abbas, *Henricus* de sancto *Albano*, *Godofridus* de sancto *Jacobo*, Comites *Henricus* de *Catzenelnbogen* & *Gerardus* de *Nuringis*, *Egbertus* de *Geilnhusen* & *Arnoldus* de *Hagenowa*, *Menigosus Vicedomus* & frater ejus *Dudo* Dapifer, *Heroldus* Pincerna, *Conradus*, *Hartmudus* mariscalcus de *Altavilla*, *Walebrunus* villicus, *Ernestus* & filius ejus *Arnoldus* cum ceteris.

Anno incarnationis dominice MCLI. Indictione XIIII. concur. VII. Epacti XII. conscriptum est hoc privilegium.

Data *Moguntie* VIII. Calend. Junii, Luna V.

LXXII.

Von dem Ursprung des vormaligen Hofs und jezigen Dorfs Haseloch.

1150 - 1155.

Heinricus de Rucelensheim & mater ejus *Judda* collecta manu tradiderunt II. mansos ecclesie B. M. in *Eberbach*, que sunt hereditaria proprietas, & pertinent ad S. Albanum. Ut autem sorores Heinrici voluntarie renuntiarent omni juri seu proprietati, quam ratione hereditaria videbantur habere in eisdem mansis, tali recompensatione redemit D *Judda* hoc predium a filiabus suis. Curiam quandam, quam habebat in *Frankenvurd*, vendidit *Eberhardo albo* (*ruso*) * *de Hagen*, qui erat *frater Cunradi & Dragebodonis*, & de pecunia illa sive pretio recompensavit filiabus suis proprietatem hereditariam illius possessionis. — De his mansis initiata est grangia *Haselach*. **

LXXIII.

* Der gewöhnliche Charakter des im Anfang des dreizehnten Jahrhunderts geschriebenen Kodex, aus dem dieser Extrakt wörtlich genommen ist, nennet den Eberhard albus: aber über dieses Wort ist, als Korrektur, mit einer kleinern Schrift, rufus geschrieben.

** Diese zwei Huben waren der erste Grund des klösterlichen Hofs Haseloch, von dem ich Th. I. §. X. S. 85 gehandelt. Im J. 1151. verpachtete schon das Kloster St. Alban diesen Hof an das Kloster Eberbach, und 1158. bestätigte Erzb. Arnold von Mainz diesen Kontrakt, wie man aus Beil. LXXIV. weiter sehen kann. Es fällt also die gegenwärtige Urkunde, aus der ich im Text das Geschlecht der Herrn von Hagen und Dornberg noch weiter erläuterte als mir im ersten Band, aus Mangel derselben, möglich war, vor das J. 1155.

LXXIII.

Abt Henrich von Hersfeld bestätigt einen von dem vormaligen Abt Reinhard verwilligten Zinserlaß.

1154.

In nomine sanctæ & individuæ trinitatis. Ego *Henricus* Herveldensis Abbas notum facio præsentibus & futuris Christi fidelibus universis, quod *Hezechinus* de *Aldendorf*, homo de familia Sčti Wigberthi, honestæ conditionis, cum bona ad cameram fratrum pertinentia sub sua haberet cura, nec propter assiduas rapinas & incendia sufficeret inde solvere debita jura, intimavit *Reginbardo* Abbati causas suæ paupertatis, rogans propter Dominum, ut in reddendis eisdem bonis parciorem mensuram poneret sibi & heredibus suæ posteritatis, qui ei compatiens statuit, ut ipse & ejus heredes per ipsum annuatim marcam & duos solidos cum quinque modiis tritici inde redderent, amissuri sine dubio ipsa bona quocunque anno hoc precium negligerent. Filius autem ejus *Henricus* timens, ne quis sibi vel suæ stirpis posteritati infringeret hujus parcioris reditus temperantiam, super hoc expetiit nostræ confirmationis gratiam, dedimusque ei litteras nostri testimonii cum impressione Sigilli, ratum esse statuentes, ne quis sibi vel suis heredibus in hoc aliquam inferat violentiæ injuriam. Testes hujus rei sunt:

Albuinus Decanus.
Cuno Præpositus.
Robingus Camerarius.
Wigandus, *Sibodo*, *Godefridus*, Clerici.

De Laicis:

Eggebertus Præfectus.
Albuinus & frater ejus *Eggebertus*.
Jbirmar de *Cello*.
Eggebartus de *Lazbusen* & *Gibbartus*.
Ditmar de *Hofgarten*.
Henricus & *Folbbartus* de *Leingesfeld*.
Dideric de *Almunderot*.
Heinric de *Biberaba*.

Facta sunt hæc temporibus *Friderici* Regis, anno regni ejus tertio. *

LXXIV.

* Von den nächsten Nachfolgern Abt Henrichs von Hersfeld reden folgende Urkundenextrakte:
1156. *Williboldus* Abbas Hersfeld. *Dimoni de Ermstadt* (Ermstedt, im Erfurtischen) tradidit mansum unum ibidem jure hereditario possidendum.

1162.

LXXIV.

Erzb. Arnold von Mainz beurkundet die von dem Kloster St. Alban zu Mainz geschehene Uebergabe des Hofs Haselach, gegen einen jährlichen Fruchtpacht.

1158.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Arnoldus* divina favente clementia *Moguntine* Sedis Archiepiscopus. Sacre scripture docet auctoritas, suggerit pietas, ut Prelati Ecclesiarum domesticis fidei ac religiosis fratribus & propria debeamus largiri, & ab aliis concessione sive donatione collata, ne per successionem temporum veniant in oblivionem aut negligentiam, ipsis studeant observare, & auctoritate privilegiorum suorum corroborare. Noverint ergo tam futuri quam presentis evi fideles, qualiter *Heinricus* Abbas sancti *Albani* villam quondam *Haselach* nominatam, Ecclesie sue pertinentem, raro colono inhabitatam, immo nimis devastatam, pro importuna Advocatorum exactione, Fratrum suorum conniventia religiosis Fratribus in *Eberbach* tali pacto commisit, ut singulis annis pro omni debito prefate ville, tam in annona quam in nummis, cum universis decimis & pro omni jure in silvis, pratis, aquis, aquarumve decursibus & ceteris, que prefate ville coloni hactenus possedisse dinoscuntur, C. maldra siliginis secundum publicam mensuram Moguntine civitatis, juxta ecclesiam sancti Albani in hac ripa Rheni Fratribus suis persolvendo presentarent, exceptis inde XV. maldris, que debent sacerdoti, sub cujus cura villa illa manebat, & quicquid jam possident, & adhuc ab ipsis colonis, qui hereditario jure partem tenent, expedire poterint, libere obtineant & quiete possideant. Talis etiam in hac conventione statuta est conditio, ut si fratres Eberbacenses de prefato sancti Albani predio quacunque occasione discedere vellent, universa eorum edificia in jus & proprietatem monasterii sancti Albani cederent, ipsum quoque predium ecclesie jam dicte libere vacaret, substantia autem universa cum omni usufructu Eberbacensibus remaneret. Ut autem hoc commissum & condictum ratum atque inconvulsum omni evo permaneat, hanc cartam impressione sigilli nostri insignitam roboravimus. Hujus rei testes sunt, *Hartmannus* majoris Ecclesie Prepositus, *Arnoldus* Custos de domo, *Sigelobus* Decanus, *Gerlacus* Prepositus sancti *Victoris*, Magister

1162. Privilegium Alexandri Papæ, quo indulget *Hermanno* Abbati *Hersfeldensi*, & ejus Successoribus, usum Infulæ Pontificalis, Dalmaticæ, Sandaliorum & Annuli in solennitatibus festivis, item facultatem annunciandi populo suo in Abbatia sua verbum Domini.

1162. Conventus Hersfeld. *Conrado de Swiburgenhausen* tradit bona sua in *Haynhausen*, sub canone decem solidorum.

1170. Confirmatio Friderici Imp. de foresto in *Ortorf* (Ordruf) præbendæ fratrum per Abbatem appropriato.

ster *Wilhelmus*, *Hugo* Cantor, *Burchardus* Prepositus de *Gicheburch*, *Hezzekinus* Prepositus sancti *Mauritii*, *Baldemarus* Abbas sancti *Albani*, *Godefridus* Abbas sancti *Jacobi*, *Anshelmus* Abbas de *Bischovesberch*, *Helngerus* Abbas sancti *Disibodi*, *Cunradus* Prepositus sancti *Gingolfi*, *Godefridus* Prepositus in *Frankenevuort*. De *Laicis* *Bertholdus* Comes de *Nithehe*, *Gerhardus* Comes & frater suus de *Berbach*, *Marcquardus* de *Birgestad*, *Helfricus* Vicedominus, *Embricho* filius *Mengoti*, *Arnoldus* rufus, *Arnoldus* magnus, *Salemannus*, *Embricho* de *Winkelo*, *Cunradus* de *Heppenhefthe*, *Helewich* Dapifer, *Godeboldus* Marschalcus, & alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLVIII. Indictione VI. regnante gloriosissimo Imperatore *Friderico* hujus nominis I. *

LXXV.

Pabst Hadrian IV. nimmt das vormals von Graf Ditmar zu Geilnhausen gestiftete Kloster Selbold, mit allen seinen Güthern, in seinen Schuz. d. 12. Jun. 1158.

Adrianus Episcopus servus servorum dei dilecto filio *Gerbodoni*, Preposito Ecclesie sancti Johannis Baptiste in *Selbold*, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur authoritas, religiosa loca diligere & ea sub Apostolice Sedis munimine confouere. Hujus rei gratia dilecte in Domino fili *Gerbodo* tuis justis postulationibus clementer annuimus, & ecclesiam sancti Johannis Baptiste, cui authore domino presides, ad jus sacrosancte Rhomane ecclesie specialiter pertinentem, ad exemplar predecessorum nostrorum bone memorie *Pascalis* & *Innocentii* Rome Pontificum sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Quam videlicet ecclesiam *Ditmarus* bone memorie quondam *Gelnhusensis Comes* per *Rabenaldi* religiosi sacerdotis ministerium beato Petro & sancte Rhomane Ecclesie devote & fideliter obtulit, & regulares Canonicos ibidem congregari disposuit. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum dei timorem & beati Augustini regulam & ordinem premonstratensium fratrum in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, obla-

* Der Kontrakt selbst, den diese Urkunde bestätigt, war schon im J. 1155. geschlossen worden, wie das Eberbacher Schenkungsbuch, aus dem ich diese Urkunde genommen, bemerkt: Super eodem facto aliud habemus privilegium, Sigillo Domini *Heinrici* Abbatis communitum, quod tenorem representat eundem, cum testibus subscriptis. — Acta sunt hec anno ab incarn. Dni MCLV. regnante *Friderico* Imperatore, *Arnoldo* Moguntine Sedis Archiepiscopo.

oblatione fidelium seu aliis justis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam parrochialem in *Selbold* cum appenditiis suis agris & decimis ex utraque parte interfluentis *Kintziche*, ita videlicet, ut de ea nulli persone nisi Episcopo respondeatis; Ecclesiam sancte Marie in valle cum possessionibus agrorum & vinearum ex utraque parte rivi, tam in *Hetenesheim* quam in *Altavilla*, excepto jure, quod ex antiquo episcopali debetur mense. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus cum sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus presumat exigere, fratres vero vestros vel conversos post factam professionem de claustro discedere vel ad alium locum transire absque Prelati sui vel Fratrum licentia similiter interdicimus; discedentes nullus Episcoporum vel Abbatum, aut Ecclesiastica secularisue persona, suscipere audeat vel retinere. Quod si secundo tertiove commonitus redire contempserit, eum excommunicandi habeatis licentiam. Ordinationes vero clericorum, consecrationes ecclesiarum sive alia ecclesiastica sacramenta a Moguntino accipietis Archiepiscopo, si tamen catholicus fuerit, & gratiam apostolice sedis habuerit, & ea gratis & sine pravitate exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis tintinabulis, exclusis excommunicatis vel interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Ad inditium autem hujus percepte a Rhomana Ecclesia libertatis unum Bizantium nobis nostrisque successoribus singulis annis persolvetis. Statuimus preterea, ut neque Comiti, neque Principi, neque Advocato, nec alicui Ecclesiastice vel seculari persone liceat indebitas & injustas exactiones a vobis exigere, aut sacerdotibus in prefata Ecclesia vel in ejus obedientiis commorantibus indebite gravamina irrogare. Decernimus, ut nulli omnino homini liceat prefatam ecclesiam vel ejus bona temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis authoritate & diocesani Episcopi in predictis Ecclesiis canonica justicia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem premia etherne pacis inveniant.

Ego *Adrianus* Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego *Hubaldus* presbiter Cardinalis tituli sancte Praxedis.

Ego

Ego *Julius* presbiter Cardinalis tituli sancti Marcelli.
Ego *Bernardus* presbiter Cardinalis tituli sancti Clementis.
Ego *Gerardus* presbiter Cardinalis tituli sancti Stephani in Celio monte.
Ego *Ildibrandus* presbiter Cardinalis basilice XII. apostolorum.
Ego *Gwido* presbiter Cardinalis tituli Calixti.
Ego *Gwilhelmus* presbiter Cardinalis tituli sancti Petri ad Vincula.
Ego *Rudolfus* Diaconus Cardinalis sancte Lucie in septa solis.
Ego *Boso* Diaconus Cardinalis sanctorum Cosme & Damiani.
Ego *Raimundus* Diaconus Cardinalis sancte Marie in via lata.

Datum *Sutrii* per manum *Rolandi* sancte Rhomane Ecclesie presbiteri Cardinalis & Cancellarii, II. Idus Junii, Indictione VII, Incarnationis dominice anno MCLVIII. Pontificatus vero Domini *Adriani* Pape quarti anno quarto.

LXXVI.

Erzb. Christians zu Mainz Versicherung an das Kloster Eberbach wegen der Freiheit seines Hofes Bircka.

d. 17. Jan. 1170.

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Christianus* Dei gratia *Moguntine* Sedis Archiepiscopus hujus nominis *primus*. Quum res ecclesiasticas non humani sed divini juris esse constat, oportet ut, quod Dei sit, jam nemo sibi vendicare debeat, & donationes que a legitimis donatoribus Ecclesiarum & pauperum usibus facte dinoscuntur, infringere vel cassare nullus presumat. Ea propter notum esse volumus universitati fidelium presentium & futurorum, precipue tamen Maguntine Ecclesie filiis, Clero & populo, qualiter actum sit, & in quem modum aliquo tempore tenuisse videamur curiam fratrum in Eberbach illam, que dicitur *Birkehe*. In eadem curia juris aliquid nequaquam nobis vendicavimus, sed si quando hospitandi gracia illuc diverteremus, ex concessione ac benivolentia fratrum id ipsum fuisse fatemur. Precaventes tamen, ne quid adversi contra fratres oriri posset in posterum a quocunque nostro successore, qui ex hujus occasione beneficii usurpet ibidem sibi forte jus dominii, juxta antiquam traditionem, que primitus facta fuerat a predecessore nostro beate memorie Domino *Heinrico* Archiepiscopo, cum omnibus tenimentis & appenditiis suis, cum decima animalium & frugum, de novalibus tamen, predictam curiam jam dictis fratribus resignavimus, statuentes sub anathemate, ne de predicta curia, vel de alia aliqua curiarum Eberbacensis Ecclesie, aliquis sive Clericus sive Laicus se ulterius intromittere presumat. Ut autem hec omnia supradicta ejus omnibus rata & inconvulsa permaneant, presentem cartam conscribi

fecimus, & impreſſione ſigilli noſtri firmari, & ad majus firmamentum ſigillum majoris Eccleſie Moguntine, videlicet metropolis, dignum judicavimus apponi.

Hujus rei teſtes ſunt: *Arnoldus* major Prepoſitus, *Burchardus* Prepoſitus ſancti Petri, *Heidenricus* major Decanus, *Heinricus* Cantor, Comes *Emmicho de Liningen*, *Conradus Palatinus de Rheno*, *Waltherus de Husen*, *Wernherus de Bonlanden*, *Godeberthus* Marscalcus, *Franko* Pincerna.

Acta ſunt hec anno dominice incarnacionis MCLXX. Indictione III. Imperante glorioſiſſimo Romanorum Rege *Friderico* feliciter. Amen.

Data *Moguntie* per manum *Roberthi* notarii. XVI. Kalend. Februarii.

LXXVII.

Vergleich zwiſchen den Klöſtern Selbold und Meerholz.

d. 14. Sept. 1173.

Quicquid decimarum habuimus trans flumen *Kintziam* dedimus eis. Citra flumen *Kintziam* dedimus eis decimam de *Wedrambs* & a loco, qui dicitur Crux Bernhelmi. A fluvio *Grinda* ad *Kintziam* decimam *Meidingeseß*, de *Liebeloß*, de *Rode*, de *Hegezes*, *Geilnhuſen* decimam de ſola agricultura, nummorum in *Rode* quatuor uncias, Carradam vini.

Huic conventioni interſuit *Adelgerus* Prepoſitus cum fratribus ſuis tam Clericis quam Laicis, *Benigna* Magiſtra de *Miroldes*, *Walpurgis* ſoror, Dominus *Hartmannus de Budingen*, *Theodoricus de Ruckingen*, *Richardus de Buches*.

Anno incarnationis domini Milleſimo Centeſimo Septuageſimo tertio, XVIII. Cal. Octobris, facta ſunt hec in nomine Domini.

LXXVIII.

Pabſt Alexander III. beſtätigt dem Kloſter Eberbach ſeine namentlich angeführten Beſizungen. *

1177.

Alexander Episcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis *Arnoldo* Abbati monaſterii ſancte *Marie Eberbacenſis*, ejusque fratribus tam preſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet

* Das nemliche iſt auch noch, wie leicht zu denken, von mehreren andern Päbſten geſchehen; aber dergleichen bloſe Beſtätigungen abdrucken zu laſſen, wäre zu weitläuftig, und auch die gegenwärtige habe ich nur angeführt, um die damaligen Beſizungen dieſes reichen Kloſters kennen zu lernen.

libet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter, dilecti filii, vestris justis postulationibus annuimus clementer, & prefatum monasterium beate Dei genitricis semperque virginis Marie, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercienfium Fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter teneatur & observetur. Preterea quascunque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione Regum vel Principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis procurante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prescriptum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis. *Geuenbrunnen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Lebeim*, cum omnibus pertinentiis suis. *Haselach*, cum omnibus pertinentiis suis. *Walbeim*, cum omnibus pertinentiis suis. *Birckehe*, cum omnibus pertinentiis suis. *Walsbeim*, cum omnibus pertinentiis suis. *Sande*, cum omnibus pertinentiis suis. *Heddensheim*, cum omnibus pertinentiis suis. *Nentbres*, cum omnibus pertinentiis suis. Curiam apud *Pinguiam*, cum omnibus pertinentiis suis. *Richarthusen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Treisen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Steinbeim*, cum omnibus pertinentiis suis. *Nuwenhouen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Mappen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Cigenhouen*, cum omnibus pertinentiis suis. *Curiam apud Maguntiam*, cum omnibus pertinentiis suis. *Curiam apud Coloniam*, cum omnibus pertinentiis suis. Sane laborum vestrorum, quos ipsis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas presumat exigere. Liceat quoque vobis clericos & laicos e seculo fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & in vestro monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, de eodem loco absque licentia Abbatis sui discedere, discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam sive furtum committere, aut ignem apponere, seu hominem capere vel interficere audeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra & illibata serventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, ni reatum suum

 digna

digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant.

Ego *Alexander* Catholice Ecclesie Episcopus S.

Ego *Hubaldus* Hostiens. Episcopus S.

Ego *Johannes* presb. Cardinal. Stor. Johannis & Pauli tit. Pamachii. S.

Ego *Alberthus* presb. Cardinal. tit. Scti Laurentii in Lucina S.

Ego *Boso* presb. Cardinal. tit. Pastoris S.

Ego *Johs.* presb. Cardinal. tit. Scti Marci S.

Ego *Petrus* presb. Cardinal. tit. Scte Susanne S.

Ego *Jaccobus* Diacon. Cardinal. Scte Marie in Cosmid. S.

Ego *Cinthyus* Diacon. Cardinal. Scti Adriani S.

Ego *Hugo* Diacon. Cardinal. Scti Angl. S.

Datum *Anagnie* per manum *Grani* Romane Ecclesie Subdiaconi & Notarii VII. Kal. Febr. Indict. VI. Incarnat. Domini anno MCLXXVII. Pontificatus Domini Alexandri Pape III. anno XVIII. Amen.

LXXIX.

Erzb. Konrad von Mainz beurkundet, wie das Kloster Eberbach seinen neuerbauten Hof Mappen von der Zehentpflichtigkeit gegen das St. Victorstift in Mainz befreit habe.

1178.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Cunradus* Dei gratia Sabinensis Episcopus, *Moguntine* Sedis Archiepiscopus. Officii nostri requirit auctoritas, ut ea, que ab Ecclesiasticis personis super aliquibus conventionibus vel contractibus rationabiliter gesta per consensum utriusque partis definiuntur, firma ac rata censeamus, & ea ad perpetuam firmitatem & posterorum memoriam scripto auctoritatis nostre confirmemus. Fratres in *Eberbach* e vicino in montanis fundum possidebant, in quo curia recens erat constructa, que *Mappen* dicitur, & novalia aliqua fratrum labore & sumptu exculta, hec inquam curia non de omnibus adtinentiis, sed de quibusdam agellis suis & pratis, solvebat decimam Preposito & Ecclesie sancti *Victoris* Moguntini, eo quod esset posita infra terminum Parrochie in *Winkelo*, que cum omni decima sua ad eamdem pertinet sancti victoris

Eccle-

Ecclesiam. Placuit igitur Eberbacensibus consideratione quietis & commodi prenominatam curiam scilicet *Mappen* ab annua decime pensione redimere. Hujus rei gratia *Bertholdus* tunc temporis sancti Victoris Prepositus adhibito communi fratrum suorum consilio & consensu, quorum nomina sunt hec, *Amilius* Decanus, Magister *Wernherus*, *Ditthericus* Cantor, *Wicnandus*, *Fridericus*, *Godeboldus*, *Hermannus*, *Ulricus*, *Sigebardus*, a domino *Arnoldo* Abbate de Eberbach XII. marcas in perpetuam decime pretaxate redemptionem accepit. hoc tamen adjecto, ut in memoriam hujus conditionis Ecclesie sancti Victoris ex tunc & deinceps annuatim in natum sancte Marie V. sol. Moguntine monete solverentur. Nos igitur facti executionem approbantes, & privilegium sigilli nostri imagine signatum adhibentes, decernimus, ut nulli deinceps liceat prescriptam conventionem, vel hanc nostram confirmationem infringere, vel ei aliquatenus contraire. Hujus rei testes sunt: *Arnoldus* majoris Ecclesie Prepositus, *Burchardus* Prepositus sancti Petri, *Heinricus* Decanus, *Hermannus* Cantor, *Folberthus* Abbas sancti *Jacobi*.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXVIII.

LXXX.

Von dem Ursprung und Fortgang des Hofs Gebenbrunnen, oder Gehborner Hofs, in der Obergrafschaft Katzenelenbogen. *

um 1178.

Cyrographum *Arnoldi* Abbatis, per quem initiata sit grangia nostra Gebenbrunen. **

Omnium pro tempore constitutorum noticie transmitto ego frater *Arnoldus* dictus Abbas fratrum in *Eberbach*, quomodo & per quem iniciata est grangia nostra *Gebenbrunnen*, & que fuerit forma

* Ich habe von dem Kloster Eberbach, und dessen ansehnlichen Besitzungen in der Obergrafschaft Katzenelenbogen, worunter auch der Gehborner Hof gehört, schon in dem ersten Band dieses Werks §. XII. S. 124 ꝛc. gehandelt, und hole in dem gegenwärtigen Urkundenbuch so viel lieber einige dahin einschlagende Urkunden nach, die mir damals noch fehlten, weil sie zugleich der Genealogie der Herrn von Dornberg, und der Reichsdynasten von Münzenberg und Hagen einige neue Erläuterungen geben, worüber ich mich bereits in der Vorrede, so wie im Text selbst, näher erklärt habe. Die gegenwärtigen Extrakte sind aus einem sehr sauber geschriebenen, ums J. 1220. verfaßten Schenkungsbuch genommen, das die Urkunden theils nur im Extrakt, theils aber auch vollständig liefert.

** Der Eberbachische Abt Arnold kommt in der folgenden Beil. LXXXII. unterm J. 1178. vor, woraus ungefähr die Zeit dieser Urkunde erhellt.

forma pacis & conventionis inter nos ac *virum illustrem Dominum Eberhardum de Dornburch* super omnibus pro quibus inter nos aliqua videbatur esse controversia. Frater *Dragebodo* noster monachus & *predicti viri germanus* tempore conversionis sue Monasterio contulerat quasdam vineas apud villam que dicitur *Bergen*, & in *Vechenheim* agros aliquos, qui agri poterant computari pro integro manso. Hunc mansum resignavimus Dno Eberhardo sub hoc pacto, ut super vineis jam omnis sopita sit querela & contradictio, & sic libere & cum omni quiete teneat eas ecclesia de reliquo. Hec tamen interposita est exceptio, ut neque per concambium, neque per distractionem transire debeant ad alium quemquam preter ad ipsum & ad posteros suos, nisi tantumdem precii pro eis solvere voluerit, quod & extraneus quilibet, qui non fuisset heres. Ceterum terra beati Kyliani in Wirzeburch, qua inbeneficiatus erat idem ipse, ex latere meridiano contigua erat grangie nostre Gebenbrunen. Partem terræ illius, cum fuisset eis vicinior, evulsis dumetis ac vepribus fratres nostri industria sua fecerunt habilem frugibus seminandis, ex quibus videlicet jure pheodi Dominus ille affirmabat se decima nolle carere. Pro recompensatione igitur ejusdem decime singulis annis ex eadem curia solvuntur ei VI. maldra siliginis burgensis mensure, ea conditione, ut quicquid jam de eadem terra excultum est, vel de reliquo potuerit excoli aut purgari, libera remaneat a decima, & nulli penitus cogatur subjacere exactioni. Quinque autem solidi Moguntine monete statuto tempore persolvuntur ei ea de causa, ut per omnia conparticipes sint Fratres adjacentis terre, tam in campestribus quam in locis silvosis, quod vulgato nomine dicitur marcha, quatinus ad omnem utilitatem suam liberum habeant ingressum & egressum, & nullam ab aliquo patiantur contradictionem. Ut autem hec nostra donatio, & ipsius concessio nobis per omne tempus reliquum valeat remanere stabilis & inconvulsa, in presentia populi apud *Geraben* in hunc modum de manu ipsius suscepimus, & super his, eo petente, duo paria litterarum conscribi fecimus, unum sibi tradentes, aliud apud nos reservantes & utrumque sigilli ecclesie nostre impressione munientes.

Christi & ecclesie fidelibus presens scriptum facit constare, quod Dominus *Eberhardus de Dornburch* imminente sibi mortis articulo eo tempore, quo *uxorem* suam cum *filiis* commisit fidei & provisioni *Cunradi filii sui senioris*, omne jus quod habere videbatur in predio quod frater suus *Dragebodo* nobis contradidit, absolute resignavit. Post sepulturam autem ejus eadem die uxor sua, *Cunradus filius ejus & Eberhardus, sororque ipsorum Adelheidis*, eandem resignationem confessi sunt & renovantes iteraverunt coram Dno *Wernhero de Bonlanden*, Dno *Cunone de Minzenberch*, *Dudone* Camerario de Moguntia, *Gerhardo de Hagenhusen*, *Ortwino de Hohenberch*, *Alberto de Widerstad*, *Eberhardo Waren*, *Ortwino de Geraha*. Aderat item Cuonrad Zeiz, Cuonrad Kisel, Cuonrad Ungeloube & alii plures.

Descri-

Descriptio possessionum in agris, vineis ad Gebenbrunen pertinentibus. *

Descriptio possessionum in agris, vineis & pratis ad grangiam nostram *Gebenbrunen* pertinentium. Hanc primus initiavit *Dragebodo* de *Dornberch*; ipsa quoque area, in qua posita sunt edificia, propria est & ab omni exactione aliena, id est *eigen*. Idem Dragebodo veniens ad nos ad conversionem contulit nobis duos mansos proprios in *Widerstad* & I. mansum in *Greuenhusen*. Cum Albertho igitur de *Widerstad* facientes concambium dedimus ei de bonis Dragebodonis I. mansum in *Widerstad*, accipientes ab eo agros quosdam sitos inter *Widerstad* & *Gebenbrunen*. Cum Regenwardo & Ulrico concambivimus de bonis Dragebodonis XII. jugera, accipientes ab eis quosdam jurnales juxta curiam que pertinebat ad Widemehouba ecclesie in *Widerstad*, & modo sunt nostri proprii, id est *eigen* &c.

Allodium Ditheri de Wertheim & Adele matrone.

Karitatis divine fervore succensi, *Ditherus* germanus *Wolframi* Comitis *de Wertheim* & *uxor* ejus *Adela* **, homines libere conditionis, pro remedio animarum suarum contulerunt monasterio nostro XII. mansos arbusti partim in elemosina, partim pro LXX. marcis, quod arbustum vulgo dicitur *birka* & est eigen, situmque est juxta curiam. Post mortem autem amborum, Ditheri scilicet & Adele, Dominus *Sibodo de Cimbren*, *qui filiam eorum duxerat*, cepit nos gravare de proprietate predicti arbusti, eo quod uxor sua heres esse deberet. Dedimus ergo ipsi & uxori sue VIII. marcas, & omni proprietati, quam in his habere videbantur, publice & cum testimonio renuntiaverunt. Insuper

* Das vorerwähnte Schenkungsbuch enthält noch viele andere Schenk- und Tauschhandlungen, wodurch das Zugehör des Gebenbrunner Hofs, wie er ursprünglich heißt, oder, nach der spätern Sprachverderbung, Gehborner Hofs, immer mehr erweitert worden, die ich aber hier übergehe, weil sie theils Kleinigkeiten betreffen, theils von unerheblichen Personen herrühren, und schränke mich nur aur auf einige ein, deren Urheber von höherem Adel, und eben dadurch merkwürdiger waren.

** Ich habe Th. I. Beil. VII. S. 10 eine Urk. vom J. 1173. abdrucken lassen, die eben dieses Ditheri C. de Wertheim und der Adela erwähnt. In dem Copialbuch, woraus ich sie genommen, wird leztere *soror* Ditheri genennt: in dem Copialbuch, woraus der gegenwärtige Extrakt genommen, stund Anfangs gleichfalls soror, welches Wort aber nachher wieder zum Theil ausradirt, und uxor drüber geschrieben worden. Es scheint also dieses Wort in dem Originalbrief entweder sehr unleserlich, oder selbst unrichtig angegeben worden zu seyn, so daß der gegenwärtige Copist die Lesart erst aus einer andern Urkunde verbesserte, wo ein Eidam dieses Graf Diethers und der Adela vorkommt. Eben daher ist die Lesart uxor allerdings die richtige.

Insuper contulerunt nobis pro Deo de bonis suis I. mansum in *Grizheim*. Eundem mansum propterea dedimus ad Ecclesiam in Grizheim pro omni decima quam dare debemus de prefatis XII. mansis arbusti, & per hoc restaurum ipsi XII. mansi proprii sunt, & ab omni exactione vel decimatione liberati &c. — Super prescriptis XII. mansis arbusti a *Dithero* & *Adelen* nobis collatis diutina controversia exorta est inter nos & fratres de *Barnebach* tempore Domini *Gerhardi* Abbatis nostri. Eundem etenim campum, cum aliis que dederant, primitus sibi traditum fuisse affirmabant. Nos itaque malum discordie vitantes, & super hujusmodi longis contentionibus deservire nolentes utriusque domus fratrum consensu in hoc convenimus, quatinus ipsi acceptis a nobis VI. marcis omnes querele de reliquo cessarent &c. Acta sunt hec anno dominice incarn. MCLXXIII. Imperante Domino *Friderico* hujus nominis primo.

Dominus *Heinricus puer de Dieburch* & soror sua contulerunt ecclesie nostre pro salute animarum suarum in palude que dicitur *Vennche* juxta *Eschelbrukken* ad decem Mannesgemah. *Filia* Domini *Counonis de Minzenberch quam habet Dominus Hermannus de Stekkelinberch* contulit ibidem pro Deo de allodio suo tantundem. Facta sunt hec tempore Magistri *Karl* in Gebenbrunen. *

Dominus *Ulricus de Minzenberch* concessit nobis pro salute sua & pro peticione Domini *Gerlaci de Boudingen* quedam arbusta, ut in agros redigeremus ea, & dicuntur Buschehe, que inter *Gebenbrunnen* & *Widerstad* sita sunt. Fecimus inde novale tria continens jugera, que omnino sunt propria, nec soluunt decimam. Hactenus hec usque ad annum MCCXI.

LXXXI.

Abt Siffried und Konvent zu Hersfeld verordnen zu Ehren der Apostel Simon und Juda, als ihrer ersten und fürnehmsten Patronen, ausser der allgemeinen Kirchenfeier, noch eine besondre.

1180.

Indubitanter credere oportet, divinitatis & sanctorum propitiationem tanto nobis effici placabiliorem, quanto circa obsequium venerationis eorum operam & devotionem exhibemus impensiorem. Quod venerationis obsequium illis specialius exhibere convenit, & ratio deposcit, quorum patrocinii titulo Ecclesia nostra sublimata sperat, eorum precibus divinæ gratiæ conciliari, rebus præterea & omnimoda commoditate in Domino prosperari. Quapropter statuimus ratumque in perpe-

* Dieser Magister *Karl* kommt in der folgenden Beil. XCIV. unterm J. 1209, und Th. I. Beil. VIII. S. 12 in einer Eberbachischen Urkunde vom J. 1210. als Zeuge vor, woraus also die Lebenszeit dieser bisher unbekannt gewesenen Münzenbergischen Tochter erhellt. Ich habe davon schon im Text der Geschichte geredet.

perpetuum esse decernimus, passionem sanctorum Apostolorum Simonis & Judae in Calendis Julii fratribus nostris in albis annuatim celebrandam, quatenus præter illam eorundem Apostolorum solemnitatem, quam universalis Ecclesia V. Calend. Novembr. solemniter agit, prædicta nobis solemnitas in honore primorum ac præcipuorum Ecclesiæ nostræ Patronorum specialis sit & propria. Ad solatium etiam in hujus nostræ solemnitatis gaudio fratribus pia consideratione exhibendum, propter specialem suæ devotionis affectum, quem erga sæpe dictos Ecclesiæ nostræ Patronos semper habuit venerabilis Custos sacrorum *Sigibodo* frater, bona quædam provida suæ sollicitudinis industria, nostro favente assensu, conquisivit. In villa — *Vacho* ad 6. solidos, in civitate nostra de duabus areis ad 6. solidos, ibidem de hortulo quodam I. solidum, qui simul fiunt 13. solidi. Ex quibus ordinamus 10. in usus fratrum, solidum unum 12. domesticis, qui ad usus necessarios huic solemnitati deserviant, 18. denarios in elemosynas pauperum, 6. denarios ad duos cereos coram principali Altari in hac solemnitate jugiter arsuros. Hoc nostre devotionis rationabile institutum quemadmodum dulcedo caritatis fratrum modernorum acceptat & gratum habet, ita æque posteritati fratrum, qui postea divinas in loco præsenti agent excubias, non ingratum fore arbitrantes, paginam præsentem ad hujus rei monimentum conscriptam sigilli nostri impressione roboramus, provide cupientes, ne, quod utiliter ac salubriter tum pro Apostolorum veneratione, tum & pro Ecclesia nostra tam insignis tituli commemoratione institutum est, per negligentiam aut vetustatis oblitterationem in oblivionem aliquam deducatur.

LXXXII.

Kaiser Friedrich I. vergleicht den Landgraf Ludwig von Thüringen mit dem Abt Siffried von Hersfeld, über die durch den Tod Graf Henrichs, des Landgrafen Bruders, erledigte Hersfeldische Lehen. d. 30. Nov. 1182.

F*ridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Equitas & prudentia Imperiali solertie suadet & exigit, ut ea, que auctoritate Imperiali in presentia nostra geruntur, sive judiciali sententia decernantur, seu compositione transigantur, literali memorie commendemus, & ne imposterum partes judicio vel pacto refragari valeant, auctoritatis nostre munimine roboremus. Ea propter notum esse volumus fidelibus presentibus & futuris Imperii, quod nos interpositione partium nostrarum & debiti ad pacem officii litem illam, que inter dilectos nostros *Siffridum* Abbatem *Hersfeldensem* & *Nepotem nostrum Ludewicum Lantgravium Thuringie* diu agitata est super feodis & beneficiis, que bone memorie *Comes Henricus frater ejusdem Lantgravii* ab Abbate Hersfeldensi tenuit, hoc modo sopivimus. Abbas Lantgravio in feudum dedit omnia illa beneficia, que ab ipso

Comite *Henrico* alii inbeneficiati possederunt, illa vero beneficia & feoda, que idem Comes *Henricus* ad manum suam habebat usibus suis mancipata, & eo defuncto sine possessore inventa sunt, videlicet Advocatiam Hersfeldensem in monte S. Petri, in monte S. Joannis, in *Rorbach*, in *Oveli* (*Axel*), *Dankinrot*, & triticum in *Bibera* *, Abbas libere absque molestia cujusquam injurie possidebit, & ad suum Ecclesieque sue commodum ea curabit, nisi ipse Lantgravius judiciali sententia ea ab Abbate possit obtinere, vel suffragantibus servitiorum suorum meritis ab ipso sponte sibi collata valeat adipisci. Ut autem hæc transactio firmiori vigore fulciatur, Lantgravius in dextram nostram & filii nostri Regis *Henrici* & ipsius Abbatis, datis fidei sponsoribus & adhibitis testibus, constanter promisit, se nunquam contradicturum huic compositioni, nec aliqua dissimulationis instantia obviaturum. Fidei sponsores sunt *Elgerus* de *Honstein*, Comes *Sibodo* de *Schartfelde*, *Thiedericus* de *Hildenbergk*, *Meinhardus* de *Mulinberg*, *Burgravius* de *Capelendorff*, *Gebehardus* de *Cygenberg*, *Ekkihardus* de *Gutteren*, *Meynfredus* de *Cymbren*, *Udo* de *Tullpestede*, *Bertold* de *Rorefort*. Testes vero sunt: *Fridericus* Dux Suevie, *Gottfridus* Imperialis aule Cancellarius, *Rudolfus* ejusdem aulæ Protonotarius, *Burkhardus* Prepositus de *Schenbergk*, *Albertus* de *Bisenrode*, *Albero* Camerarius Hersfeldensis Ecclesie, *Otto* Prepositus de *Hagenroth*, *Wicel* Capellanus, Comes *Erwinus* de *Geligen*, Comes *Gancelinus* de *Zwerin*, Comes *Otto* de *Kirchberg*, Comes *Henricus* de *Schwarzenberg*, Comes *Guntherus* de *Kevernburc*, *Albertus* de *Grumbach*, Comes *Hoyerus* de *Waltingerode*, & frater ejus *Burchardus*, & alii quamplures.

Actum anno Domini MCLXXXII. Indict. XV. II. Kal. Decembr. in civitate *Erford*. **

LXXXIII.

* Dorf Rohrbach, Amt Hersfeld, Niederaule, im gleichgenannten Amt, Dankerode und Bebra, A. Rotenburg.

** Ich füge hier noch die Extrakte einiger andern, in die Zeit dieses Abt fallenden, Urkunden bei:

1179. Traditio cujusdam *Ruperti* & consortum super proprietate ipsorum in villa *Bennenhusen* (Benhausen, Amt Rotenburg), ex qua annuatim duos solidos persolvent Conventui Hersveldensi. In subscriptione fit mentio *Henrici Comitis Hassie Advocati Hersfeldensis*.

1182. *Siffridus* Abbas *Hersfeldensis* profitetur, quod Ecclesiæ suæ Custos, Frater *Siboto*, bona quædam in villa *Hanenrod* (Hainerode, A. Rotenburg), quatuor solidos reddentia, suo favente assensu conquisivit, ea scilicet ratione, quatenus ad altare b. Mariæ Virginis in Crypta majore cereus unus, nocte ac die arsurus, ponatur definitis anni temporibus.

1182. *Siffridus* Abbas Hersfeld. testatur, quod *Sigebodo* Custos Hersfeldensis novalia montis *Windiberch*, in fine civitatis *Hersfeldiæ* positi, se consentiente acquisivit, &, ut quatuor solidi, quotannis inde redeuntes, in obitu Fratrum in elemosynas pauperum cedant, constituit; deinde libram adipis ex eisdem bonis assignat portario pro bonis quibusdam portæ attinentibus, in prædium suum (Abbatis), quod dicitur ad *lapideam crucem*, translatis.

1182.

LXXXIII.

Landgraf Ludwig III. von Thüringen nimmt das Kloster Lippoldsberg in seinen Schuz, und freiet alle seine Güther. d. 15. Aug. 1184.

In nomine sancte & individue trinitatis. Constet omnibus tam de futuro quam de presenti evo, quod ego tercius *Ludewicus Thuringie* dei gratia *Lantgravius* ecclesie dei aliquatenus intendens proficere ad incrementum salutis mee ecclesiam *Lupoldesberch* & locum populumque dei inibi commanentem cum omnibus attinentibus ubique locorum in tuitionem & protectionem meam totaliter & integraliter accepi. Itaque domini *Arnoldi* Prepositi ejusdem loci & totius conventus sollicita petitione ad hoc commonitus ad laudem & honorem dei & sancti Georii Martiris pro remedio anime mee & progenitorum meorum hanc eidem ecclesie permisi & donavi gratiam, ut in omnem posteritatem, quantum ad me & ad meos, in universis suis apertinentibus *ab omni exactione* & *importuna infestatione omnimodis perpetualiter sit libera*, ita ut nemo meorum seu villicorum seu aliorum quisquam mihi attinen-

1182. Literæ *Siffridi* Abbatis *Hersfeld.*, quod *Henricus Comes de Buch* monasterio in *Mimileben* bona quædam contulit, & vicissim, quia feuda erant Ecclesiæ Hersfeldensis, eidem in feudum obtulit duos mansos in *Hartesfurth.*

1183. *Siffridus* Abbas *Hersfeld.* dedit dimidietatem montis *Ruberstisberg*, & ejus fructum, *Cunoni de Mynzenbergk* in beneficium, altera dimidia sibi retenta.

1185. *Siffridus* Abbas Hersfeld. concedit, quod Prepositi in monte S. *Joannis* habeant jus patronatus in *Hildeburgehusen* & Capellæ in *Cruceberg.*

1186. *Siffridus* Abbas *Hersfeldensis* consentit, quod *Ludiger* Custos in *Gellingen* emit beneficium Volberti, quod habuit in *Hachelbeche* & *Gellingen* (Hachelbich und Gellingen, im Schwarzburg-Sondershausischen), in mansis & areis, & domui pauperum ibidem contradidit.

1191. *Celestini* Papæ Bulla, qua imprimis statuit, ut in *monte Crucenberg* Ordo S. Benedicti perpetuo observetur, deinde ut bona ejusdem perpetuo illibata permaneant, & in specie Erckestedt, Sauerhausen, Osthaimb, Wolthaimb, heil. Zelle, Ingelmorstadt, Rapulds, domus ejusdem, & alia in Hersfeld, reditus salis in Salzungen. Insuper concedit generali edicto jus celebrandi divina cum allegatis conditionibus, item jus eligendi Abbatem juxta regulam D. Benedicti.

1194. *Siffridus* Abbas testatur, quo jure advocatia ville *Linderoth*, *Cell*, nec non molendinum & piscaria ibidem, & unus mansus in *Drakindorf*, in dominium monasterii *Creutzberg* venerint.

attinentium manum invasionis ullo modo injiciat, sed ipsa in omnibus suis meo & successorum meorum defensata patrocinio per omnia prosperetur & in posterum semper incommota permaneat. Porro hac quieta libertate & tranquillitate pacis non tantum meis, sed & heredum meorum temporibus tam ad illorum quam ad meam salutem auctoritate mea ecclesie illi quiete & inviolabiliter frui datum & permissum est. Hoc factum ut ratum & inconvulsum permaneat sigilli nostri impressione firmavimus. Et si forte quis hanc libertatis gratiam cassare & infringere presumpserit anatematis vinculo innodari meruit. Hujus rei testes sunt, Clerici: *Arnoldus* Prepositus in *Hildewarteshusen*, *Heidenricus Capellanus de Crolup*. *Eckehardus* notarius, *Helwicus* parrochianus in *Gemunden*. Laici: *Comes Sigebodo de Scartfelt*. *Bertholdus frater ejus*. *Hermannus de Cigenberc*. *Bernhardus de Plesse*. *Gotscalcus frater suus*. *Hermannus* dapifer. *Bertholdus de Rornevurth*. *Hugo de Herversleiben*, & quam plures alii qui aderant.

Acta sunt hec anno MCLXXXIIII. ab incarnatione domini. Indictione prima, XVIII. K. Sept. regnante *Friderico* Romanorum Imperatore. *Christiano* Moguntine sedis Archiepiscopo.

Data *Gemunden*.

LXXXIV.

Ludwigs Landgrafen von Thüringen und Hessen Bekenntnis, daß er an dem Nonnenkloster Hildewardeshausen, in dem heutigen Hannövrischen, und an dessen Güthern, kein Recht habe.

1189.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Ludewikus* ipsius favente divina clementia *Provincialis Thuringie & Hassie*. Quum super omnia necessarium esse censemus anime nostre saluti providere omnimodis, noverit omnium presentium quam futurorum Christi fidelium industria, quod nos de omni fundo ecclesie beate Marie semper Virginis, sanctorumque Martyrum Stephani & Viti, in *Hildewardeshusen*, longe vel prope posito, videlicet in villis, agris, cultis sive incultis, pascuis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, viis & inviis, nihil juris nobis ascribimus. Unde ne quis heredum nostrorum in posterum sibi quid juris in prefatis usurpet bonis, presentem paginam scribi sigillique nostri impressione signari fecimus, rogantes quam obnixe, quatinus ipsi pro remedio anime nostre nec non & ipsorum, ubicunque termino terre nostre adjaceant, ab omni injusta aggressione defendant.

Hec scripta sunt anno dominice incarnationis MCLXXXVIIII. Imperatore *Friderico*.

Hujus

Hujus rei testes sunt:
Comes *Hardradus de Merenberch.*
Comes *Wikerus* de *Bilstein.*
Gevehardus de *Immenhausen.*
Widekindus de *Vesperde.*
Echehardus de *Gastervelde.* *Heinricus* filius suus.
Rentwicus de *Hohenbere.*
Heremannus Dapifer.
Ropertus de *Cassele.*
Erchengerus de Wodenesberch.
& alii quamplures.

LXXXV.

Erzb. Konrad von Mainz beurkundet die von Eberhard Waro dem Kloster Eberbach für seinen Hof Haseloch vergünstigte Beholzung aus dem Wald Fulenbruch.

1189.

In nomine sancte & individue trinitatis. C. Dei gratia Maguntine Sedis Archiepiscopus Sabinensis Episcopus. Quoniam religiosorum omnium nostre jurisdictioni subjacentium pacem & commoditatem debito favore & fervore prosequimur, equum est ante omnia & rationi consentaneum, ut Eberbacensium negociis, quos speciali prerogativa amoris amplectimur, accuratius invigilare cogitemus. Noverint igitur fideles universi tam presentes quam futuri, quod *Eberhardus* cognomento *Waro* assensu *filii sui Eberhardi*, & *filie sue Adelheidis*, nec non *sororis sue Agnetis* & ceterorum heredum, intuitu mercedis eterne Eberbacensi Cenobio hujusmodi donationem de proprio predio suo solempniter & legitime contulerit, ut fratres grangie *Haselach* nemore ipsius quod *Fulenbruch* dicitur deinceps in omne tempus libere & licenter utantur, quantum videlicet cottidiana vectura duorum plaustrorum euntium & redeuntium educere poterint, pro exigentia necessitatis & commoditatis in usus suos redigere ac transferre non dubitent. Si vero quis ex heredibus ei succedentibus in posterum donationi huic, quod tamen nullatenus suspicatur, per insidiosam & jurgiosam calumpniam obviare & reclamare presumpserit, monasterio eidem L. marcas tradat, & fratres ab hujus rei proprietate desistent. Testes hujus negocii sunt *Cuono de Mincenberg*, *Rubertus filius ejus*, *Eberhardus de* *Doren-*

Dorenberc, *Arnoldus Rufus*, & *Eberhardus filius ejus*, *Eberhardus* & *Counradus* clerici fratres Arnoldi rufi, *Conradus* & *Eberhardus* filii Jzelegini, *Ortwinus* de *Geraha*, *Thiemo* de *Dornheim*, *Wolframus* Scultetus de Frankeneford, *Marquardus* de *Burnechelbhe*, *Henricus de Bornchein*, *Conradus* de *Rubenheim*; *Eberhardus de Dornberc*, clericus. Nequis igitur per violationem hujus facti anathema gehennamque mereatur, presentem paginam ad cautelam & tutelam firmiorem auctoritatis nostre sigillo consignare curavimus.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXXIX. Indictione VII.

LXXXVI.

K. Henrich bestätigt dem Kloster Eberbach die von seinem Vater ertauschte Rheininsel Varwerd bei Ginsheim, mit Ausnahme des dortigen Fischwassers.

d. 1. Febr. 1190.

Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex & semper Augustus. Inter cetera, que majestati nostre occurrunt, ad eterni regni premium & temporalis vite incrementum apud regem regum nobis potissimum speramus proficere, quod eis que ad promotionem ecclesiarum Dei & religiosorum locorum conducunt pio animo libenter intendamus. Notum igitur facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus & futuris, quod intuitu sinceri affectus, quem erga ordinem cistercienfem gerimus, loca fratrum ejusdem professionis promovere cupientes ratum habemus, quod serenissimus pater noster *Fridericus* Imperator & semper Augustus insulam in *Gimmensheim* que dicitur *Vareward*, excepta aqua piscaria in eadem insula, dilectis nobis fratribus in *Eberbach* de nostro consensu dedit in proprietatem. Pro qua insula hujusmodi predium quod idem fratres habuerunt in *Dureucheim* patri nostro & nobis in proprietatem dederunt, scilicet curiam unam & pomerium & duos mansos, quorum VIII. jurnales sunt in vinetis, L. jurnales in agris campi. Hanc itaque donationem ut a nullo unquam subsequenti tempore possit aut debeat infringi vel aliquatenus perturbari, regie celsitudinis nostre auctoritate duximus confirmandam. Hujus rei testes sunt:

Cunradus Moguntine Sedis Archiepiscopus.
Otto Babenbergensis Episcopus.
Heinricus Prepositus S. Mauricii in Moguntia.
Cunradus Palatinus Comes Rheni.
Comes *Sigeberthus* de *Werde*.
Comes *Volradus* de *Veringen*.

Comes

Comes *Godefridus* de *Arnesberch*.

Ruobertbus de *Durne*.

Hartmannus de *Budingen*.

Cuono de *Minzenberch*.

Otto Spirensis Episcopus, & alii.

Sigillum Domini Heinrici sexti Romanorum Regis invictissimi.

Ego *Ditherus* Imperialis aule Cancellarius vice *Cunradi* Maguntine Sedis Archiepiscopi & Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXXX. Indict. VIII. regnante Domino Heinrico sexto gloriosissimo Romanorum Rege & semper Augusto. Anno regni ejus XX. Data apud *Wimpinam* Kal. Febr. *

LXXXVII.

Pabst Coelestin III. bestätigt dem Kloster Helmershausen seine namentlich angeführten Besizungen, und die Privilegien seiner Vorfahren. d. 13. Jun. 1192.

Celestinus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati & fratribus monasterii sancti Petri in *Helmwardeshusen*, eorumque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis *Silvestri* tertii, *Benedicti* & *Eugenii* ** Paparum & prædecessorum nostrorum, sub beati Petri & nostram protectionem suscipimus & præsentis scripti privilegio com-

* Es ist dieses die Urkunde, auf die sich in Gudeni Cod. Dipl. T. V. p. 778. ein zum Vortheil der Grafen von Kazenelenbogen ausgefallner Richterlicher Spruch über die aquas piscarias bei Oppenheim oder Ginsheim bezieht, von dem ich Th. 1. S. 40. not. 5, noch umständlich r uber S. 323, gehandelt habe. Der Spruch war soviel gerechter, da hier die aquæ piscariæ ausdrüklich ausgenommen werden. Vergl. weiter die unten folgende Bestätigungsurkunde K. Friedrichs II. vom J. 1219. Bei Ausgabe des ersten Bandes fehlten mir diese Urkunden noch.

** Die hier angeführten Privilegien Pabst Benedicts VIII. vom J. 1014. (anno tertio Pontific.), und Pabst Eugenius III, enthalten nur allgemeine, von den gegenwärtigen nicht verschiedne, Formeln, ohne einzelne Besizungen des Klosters anzuführen, und sind deswegen übergangen worden.

communimus: in primis siquidem statuentes, ut ordo monasterii, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono bonæ memoriæ *Papponis* Episcopi Paterbornensis *, & successorum suorum concessione, *arcis Baronatum*, quem habetis in eadem villa, cum septem Ecclesiis ipsi adjacentibus, videlicet *Herstelle*, *Wambecke*, *Beverungenn*, *Thesle*, *Sile*, *Eversctte*, capellam in villa vestra **. Decimam in *Northen*, decimam in *Muthen*, decimam in *Mulsen*, decimam in *Windelsen* ***. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis Clericos vel liberos vel absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte autem te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum major pars consilii sanioris, secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus vero & canonice confirmatus accepto a principali altari juxta antiquam ejusdem Ecclesiæ consuetudinem baculo pastorali curam temporalium plenarie suscipiat exercendam. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum seu monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictiones etiam monasterii vestri Abbatum, & alia ecclesiastica sacramenta, a Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habuerit, & ea vobis gratis & sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin quemcunque malueritis catholicum adeatis antistitem, qui nostra fretus auctoritate vobis quæ postulantur impendat. Præterea vestigiis prædictorum prædecessorum inhærere volentes monasterium ipsum ab omni Episcopi, in cujus parrochia situm est, perenniter absolvimus ditione, statuentes, ut Advocatum utilem rebus Eccle-

* Dieser Poppo war Bischof zu Paderborn vom J. 1076 - 1084.

** Herstall und Beverungen, im Paderbornischen, das Hannövrische Dorf Wambach, und die Hessischen Dörfer Deissel, Siele, Everschütz.

*** Die vier letzten Orte werden oben in den Tradit. Helmershus. Beil. LI. Northe (Hannövris. Städigen Nörten, an der Leine), Muthin, (vielleicht Southem, bei Nörten), Mulussun, v. Mulessun, (vielleicht Hullesen, unter Eimbeck), und Windelessen, (vermuthlich Sildessen bei Nörten), genennt.

Ecclesiæ vestræ præficere habeatis potestatem plenariam. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decrevimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverunt, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Prohibemus tamen, ut infra fines parrochiæ vestræ nullus sine assensu Episcopi Diocesani & nostro capellam seu oratorium de novo exstruere audeat, salvis privilegiis Rhomanorum Pontificum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra ambitum monasterii vestri & clausuram locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum committere, ignem apponere, hominem tenere, rapere vel interficere, seu aliquam violentiam audeat exercere. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones aufferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodum profutura, salva in omnibus Sedis Apostolice austhoritate. Ad indicium hujus ante percepte a Sede Apostolica libertatis aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego *Celestinus* catholice Ecclesie Episcopus.
Ego *Joannes* Prenestinus Episcopus.
Ego *Pandulfus* Basilice Christi Apostolorum presbiter Cardinalis.
Ego *Melior* sanctorum Joannis & Pauli presbiter Cardinalis tituli Pamachii subscripsi.
Ego *Joannes* tituli S. Clementis Cardinalis Tuscanensis Episcopus subscripsi.
Ego *Gratianus* sanctorum Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis.
Ego *Gerhardus* sancti Adriani Diaconus Cardinalis.
Ego *Joannes* sancti Theod. Diaconus Cardinalis.
Ego *Gregorius* sancti Gregorii ad velum aureum Diaconus Cardinalis.
Ego *Lotharius* sanctorum Sergii & Bachi Diaconus Cardinalis subscripsi.

Dat. *Rhomæ* ad sanctum Petrum per manum *Egidii* sancti Nicolai in carcere Tulliani Diaconus Cardinalis. Id. Junii. Indict. X. Incarnationis Dominicæ *Millesimo centesimo nonagesimo secundo*, Pontificatus vero Domini Celestini Papæ tertii anno *secundo*.

 LXXXVIII.

LXXXVIII.

Kaufhandlungen Graf Ruperts von Nassau, seiner Gemahlin Elisabeth, und ihrer an Graf Hermann von Virneburg vermählten Tochter, über eine bei dem Kloster Eberbachischen Hof in Hadamar gelegene Wiese.

vor u. nach dem J. 1194.

Comes *Rupertbus de Nassouwe* emerat a duobus fratribus Meinhardo & Ditherico pratum in *Mulenbach* pro XX. marcis. Quod postea in pignore expositum fuit *Heinrico Frien* pro VIII. marcis & fertone. Idem pratum & ejus proprietatem Dna *Elysa Comitissa* contulit ecclesie nostre pro Deo post obitum mariti. Et nos dedimus pro redemptione dicti prati Heinrico Frien VIII. marcas & fertonem; nonam marcam, quam ei promiseramus, pro Deo nobis relaxavit. Insuper Domine *Elyse* Comitisse dedimus II. marcas. Ad ultimum Domine *Luocgardi filie sue*, & *marito suo Comiti Hermanno de Virneburch* reclamantibus, eo quod manus filie non interfuit, dedimus VII. marcas, quod donationem ab Elysa Comitissa factam confirmaverunt apud Castrum *Schouwenburch*. Testium qui interfuerunt hec sunt nomina *Heinricus de Isenburch*, *Bruno & Rouzmannus*, *Sifridus de Runkel*, *Heinricus Frio de Derno*, *Ruocgerus de Uffheim*, *Udo de Limburch*, Ruocgerus, Ethicho & fratres sui Albertus & Hermannus, & ceteri quamplures. *

LXXXIX.

Erzb. Konrad von Mainz nimmt das von einem gewissen Egelolph gestiftete Waldeckische Kloster Berich in seinen Schuz. **

1196.

In nomine sancte & individue trinitatis (in perpetuum.) *Conradus* Dei gratia *Moguntinensis* Sedis Archiepiscopus Sabinensis Episcopus. Cum ex nostri debito officii universis sacre fidei cultoribus

* Die hier vorkommende Tochter Graf Ruprechts des Streitbaren von Nassau, und seiner Gemahlin Elisabeth von Leiningen, war bisher noch unbekannt. Der Vater kommt nach dem J. 1194. nicht mehr vor, und daraus läßt sich ungefähr auf die Zeit dieser Verhandlungen schließen. Es steht dieser Extrakt in dem alten schon oben S. 111 erwähnten Schenkungsbuch, neben mancherlei andern Güthebesizungen, unter dem allgemeinen Kapitel: Possessiones in grangia nostra *Hademar* multa pecunia conquisita.

** Kais. Philips Bestätigung dieser Klosterstiftung vom J. 1205. findet man in Detters Histor. Bibliothek Th. 1. S. 107.

bus ad justas preces & amicas aurem benignam teneamur apponere, magis tamen hos debemus exaudire, qui contemptis mundi illecebris, jugum domini cervicibus imponentes, & ad spiritualem vitam transeuntes, mundana contagia fugerunt, & Marie optimam partem elegerunt. Unde notum fieri volumus tam futuris quam presentibus, quod nos ad preces dilecti nostri nobilis viri *Egelolphi* novellam plantationem in *Beriche*, quam in suo allodio plantare studuit, foventes ipsum & locum, cum omnibus ibidem sub regula beati Augustini Deo militaturis in nostram suscepimus protectionem, omnia acquisita acquirendaque cum bonis subscriptis auctoritate apostolica de sede nobis insulta eis confirmantes. Que non advocatus aliquis, sed procurator seu defensor, quem sibi utilem cognoverint, & quamdiu voluerint, ab eo nulla passi gravamina, debet sua tueri defensione. Ne autem temptator aliquis malitiosus hanc nostram confirmationem presumat infirmare, presentem paginam facti nostri confirmativam sigilli nostri appensione insignivimus & testium adhibitione confirmavimus, omnem hominem, qui eam aggressus fuerit instinctu diabolico animo nocendi, perpetuo subjicientes anathemati, auctoritate Dei omnipotentis, domini Coelestini & nostri, nec non beatorum Petri & Pauli Apostolorum. Testium nomina sunt hec: *Johannes* Prepositus ecclesie Frizlariensis, *Gumpertus* Prepositus Geismarie, *Adelhelmus* Decanus Frizlariensis, *Ludovicus* Scholasticus, *Henricus* Cantor, aliique fratres presate ecclesie.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCV. indictione XIIII. domino Coelestino apostolice sedi presidente, Henrico sexto gloriosissimo Romanorum imperatore imperium & regnum Sicilie gubernante.

Hec sunt bona pertinentia coenobio in Beriche: in eadem villa IX. mansi, & sylva de marchia attinente, & duo molendina; in *Bettenhusen* mansus unus, in *inferiori Werve* mansi III, in *Alreph* mansi III, in *Beltershusen* mansi II, &c.

XC.

Pabst Coelestins III. Privilegium und Güterbestätigung für das Kloster Spieskappel. *

d. 26. Jan. 1196.

Celestinus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Nicolao* Abbati de *Capella* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In PP. M. religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii

* aus einer alten vidimirten Abschrift.

filii vestris justis postulationibus clementer annuimus & ecclesiam de Capella prefata, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum & beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia impresentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Curiam in *Everstorff* cum toto predio *Albrechterotb*, & *Hougeren* cum omnibus pertinentiis suis, *Buchholz*, *Egendorf*, & *Luminesfuelt* cum omnibus pertinentiis suis, *Ludenrot*, *Wichten*, *Weldesberc*, *Solnbusen*, & aliud *Solnbusen*, & *Landersbusen* cum omnibus pertinentiis suis. *Alboldesberc* & *Bezingen* cum prediis suis. Curiam in *Virne* cum toto predio suo. Curiam in *Grimeldesdorf*. Curiam in *Engilgis* & curiam in *Utersbusen*, cum omnibus pertinentiis suis. In *Leigenbach* redditus quatuordecim solidorum. In *Wolrsbusen* quinquaginta solidos. In *Wirabin* decem & octo solidos. In *Rikersbusen* triginta quatuor solidos. In *Bidenbacb* quatuordecim solidos. In *Grimelderotb* quatuor solidos & dimidium. In *Gerlabesdorf* decem solidos. In *Bubenbusen* decem & octo solidos. In *Geifridesdorf* decem & novem solidos. In *Hermannesdorf* tres solidos. In *Egendorf* quinque solidos. In *Deidenbusen* triginta quatuor solidos. In *Grimoldesdorf* & *Frilngendorf* duo talenta & decem & septem solidos. In *Solnbusen* duo talenta & octo solidos. In *Robenrotb* duodecim solidos & dimidium. In *Wegebacb* duos solidos. In *Holzmannesbusen* viginti septem solidos. In *Aldendorf* quatuor solidos. In *Sigozesbusen* sex solidos. In *Bisopbesbusen* duodecim solidos. In *Limpacb* quinque solidos. In *Eichen* duos solidos & dimidium. In *Lenterscheit* sedecim solidos. In *Malzuelten* quatuor solidos & dimidium. In *Slachterrotb* sex solidos & dimidium. In *Husteden* triginta solidos. In *Bucholz* quatuor solidos. In *Salzbuden* septem solidos. In *Virne* quinque solidos. In *Aldendorf* viginti quatuor solidos. In *Megenbarderotb* octo solidos. In *Engilgis* quindecim solidos & dimidium. In *Ursa* tres solidos. Molendinum in *Virne*. In *Holzbusen* duodecim solidos Coloniensis monete. In *Eppehagen* unum solidum. In *Herwigesbagen* quatuor solidos. In *Rukersbusen* decem solidos. In *Bunebacb* novem solidos. In *Belferotb* duodecim solidos. In *Wildingen* tres solidos. In *Wikardesdorf* duos solidos. In *Wichte* duo talenta & quatuordecim solidos. In *Paleblaz*, *Domzelar*, *Heidelbach*, *Elnbacb*, *Hegenebacb*, triginta tres solidos & dimidium. In *Seilpacb* triginta solidos. In *Milsungen* octo solidos. In *Holzbusen* octo solidos. In *Unsbusen* quatuor solidos. In *Sachsenbusen* septem solidos. In *Dielichen* septem solidos. In *Scastebacb* septem solidos. In *Rudolvesbagene* septem solidos. In *Gerstese* sex solidos. In *Eicbagene* quatuordecim solidos & dimidium.

In

In *Jazbach* octo solidos & dimidium. In *Mouschbach* duos solidos. In *Schnegelbiz* tres solidos. In *Drumershusen* & *Steincile* predium unum. In *Bettenhusen* viginti duos solidos. In *Munstre* quatuordecim solidos. In *Frowenroth* sex solidos & *Verse* quinque solidos. Sane novalium vestrorum quod propriis manibus aut sumptibus colitur, sive de nutrimentis novalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Liceat quoque vobis clericos & laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversationem recipere, & eos absque conditione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut ulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit, nisi forte arctioris religionis obtentu, absque Abbatis sui licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & communionem sacrosancte Romanæ Sedis habuerit, alioquin liceat vobis quemcunque volueritis catholicum adire antistitem, gratiam & communionem Apostolice Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quidem postulata impendat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea & possessiones ad jus ecclesie vestre spectantes, que a laycis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad vestram ecclesiam revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars majoris & sanioris consilii, secundum Deum & beati Augustini regulam provideat eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas detinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate & diocesani Episcopi canonica justicia. Si que igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego

Ego *Celestinus* catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego *Octavianus* Hostich Velletrensis Episcopus subscripsi.

Ego *Petrus* Portuensis & Ste Rufine Episcopus subscripsi.

Ego *Melior* Storum Johannis & Pauli presbiter Cardinalis tituli Pamachii subscripsi.

Ego *Johannes* tituli Sti Clementis Cardin. Viterbiensis & Tuscanensis Episcopus subscripsi.

Ego *Hugo* presbiter Cardinalis Sti Martini tituli Equitii subscripsi.

Ego *Johannes* tituli Sti Stephani in Celio monte presbiter Cardinal. subscripsi.

Ego *Soffredus* tituli Ste Praxedis presbiter Cardinalis subscripsi.

Ego *Bernardus* Sti Petri ad vincula presbiter Cardinalis tituli Eudoxie subscripsi.

Ego *Johannes* tituli Ste Prisce presbiter Cardinalis subscripsi.

Ego *Gracianus* Sanctorum Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego *Gerardus* Sti Adriani Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego *Gregorius* Ste Marie inportien. Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego *Gregorius* Ste Marie in Aquiro Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego *Gregorius* Sti Gregorii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis subscripsi.

Datum *Laterani* per manum *Cencii* Ste Lucie in Orthea Diaconi Cardinalis, Domini Pape Camerarii, VII. Kal. Februarii, Indictione XV, Incarnationis Dominice Anno MCXCVI, Pontificatus vero Domini Celestini Pape III. Anno sexto.

XCI.

Erzb. Konrad zu Mainz bestätigt einen Güthervekauf an das Kloster Aulisburg.

1196.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Conradus* Dei gratia *Moguntine* Sedis Archiepiscopus, Sabinensis Episcopus in perpetuum. Quoniam in cure pastoralis specula ordinatione divina sumus expositi, super gregem nobis creditum ita tenemur vigilare, ut non tantum ab hiis qui presentes videntur casibus, verum etiam ab inopinatis debeamus illis providere, qui se de numero gregis nostri esse debita devotione recognoscunt. Ea propter notum fieri volumus tam futuris quam presentibus, quod *Dithmarus* pastor Ecclesie in *Geismaria* consensu eorum, quos in ea habuit pathronos, videlicet *Comitis Arnoldi de Schowenburg* & *Henrici de Cheseberg*, decimam quandam in *Suinephe* superiori jam dicte attinentem Ecclesie monasterio in *Owelsburg* ad censum quinque solidorum in festo sancti Martini solvendorum concessit possidendam in perpetuum. Ne autem huic facto pie ordinationis auctor quis temerarius audeat derogare, in ejus confirmationem presentem paginam

paginam conſcriptam, ſigilli noſtri appoſitione precepimus inſigniri, & teſtium adhibitione roborari. Quorum nomina ſunt hec, *Johannes* Prepoſitus Eccleſie *Fritslarienſis*, & *Obelbelmus* Decanus, *Ludewicus* Scolaſticus, *Henricus* Cantor, *Henricus* Cuſtos & alii fratres jam dicte Eccleſie, *Gumpertus* in *Geismaria* Prepoſitus, *Bruno* in *Wizenſtein* Prepoſitus, *Nycholaus de Herlutchehuſen*, & *Nycholaus de Capella*, Abbates; *Hermannus Thuringie Lantgravius*, *Fridericus & Henricus de Cigenhan*, & *Wolcwinus de novo Caſtro*, Comites; *Isfridus de Heiligenberg*, *Wernerus*, *Cunradus & Helyas* de *Brunisbuſen*, *Ebrardus de Gudenburg*, *Wernerus de Biſchoviibuſen*, *Hellewicus de Ruſteberg* Vicedominus, *Rathbodo de Cenre*, *Godebertus de Diedensbuſen*, *Henricus* in Fritslaria Scultetus, *Gerlacus* Advocatus, & alii tam laici quam clerici numeroſi, quorum teſtimonio & auctoritate Dei omnipotentis, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, Domini Celeſtini & noſtri, omnem injurioſum predicte ordinationis attemptatorem perpetuo ſubjecimus anathemati. Facta eſt autem hec conceſſio in manus dilecti nobis in Chriſto filii *Godeſcbalci* Abbatis ſupradicti monaſterii. Anno dominice incarnationis MCXCVI. Indictione XIIII. Domino Celeſtino Papa apoſtolice Sedi preſidente, *Henrico ſexto* glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Romanum Imperium & Regnum Sicilie feliciter gubernante.

XCII.

Verzeichnis der Hachbornischen Klostergüther, ums J. 1199.

Multis incommodis & magnis occurrimus, quando negotia eccleſie noſtre ſtili officio perhennamus, quia ſubito a memoria hominum labuntur que tantum voce teſtium perornantur. Sciant ergo preſentes ac poſteri preſentem paginam audituri, quod in prima conſtructione *cenobii Haveebenburnen*, *Dagemarus de Heiſtencheim avus Leonis* vendidit partem ſuam *ſilve* que dicitur *Bulgenſcheit* Domino *Hartrade beate memorie* & *fratri Gyſoni* incolis jam dicti cenobii. Item *Bertolphus & Irmetrudis de Heiſtencheim* vendiderunt partem ſuam jam dictis viris H. & G. item *Mengotus & uxor ſua Mettildis* nomine partem ſuam vendiderunt eisdem. *Siboldus & Heidolphus de Mulinnen* vendiderunt partem *patris eorum Erchenberti* predictis H. & G. *Frater Volpertus de Elberdorf*, antequam feciſſet votum in clauſtro, vendidit partem ſuam prefatis G. & H. Preterea dominus *Hartradus & frater Gyſo* habuerant partem *Ludewici Holzpalden* in *anteriori Hart* * jure emptionis. *Frater Wigandus filius Dagemari* contulit duas partes jam dicto Hart in elemoſina clauſtro, de *media Hart* tertiam partem

* Es finden sich in dieser Gegend, namentlich in dem Amt Marburg, und den Gerichten Lohr, Kaldern, Reizberg und Schönstadt gar vielerlei Wälder, oder Theile derselben, die den Namen der Hardt führen.

tem comparavit dominus H. cum bonis *Comitisse Mettildis de Cygenhagen.* *Winterus de Michelbach* vendidit tertiam partem residuam Domino H. sepe dicto, cum bonis que emit *Michelbach* *, quarta vero pars cedit *Wideroldo* & *Echehardo* ibidem sita in silva que dicitur *in der Luthenhart.* In eadem silva habet justitiam mansus *Damonis de Wimera* quem emerunt claustrales, & mansus *Gerardi Storen* quem dedit claustro quando locavit sororem suam ibidem. Tertia vero pars — — — aput *Rinnewege* de proprietate *Ludewici Holzsadel* spectat ad claustrum jure emptionis, de silva que dicitur *Ebenheich* pars que assignabatur *Wernero de Ermenhusen* dimidia spectat ad claustrum, preterea aree ad *Cappelreburnen* ** pertinent super altare Havechenburnen, & tres currus ex jure ducentur in eandem silvam, unus de dote alter de proprietate *fratris Gysonis,* & tertius de proprietate *fratris Wigandi.* — Eine andre Hand sezt noch hinzu: nos comparavimus partem Domini *Ditmari Rithesyl* pro V. marcis. ***

XCIII.

Rheingraf Wolfram verpfändet, wegen vorhabender Wallfahrt, dem Kloster Eberbach einen Hof in Ingelnheim.

1209.

In Dei nomine. Ego *Wolframus Ringravius*, cum consensu & collecta manu uxoris mee *Gude*, eo tempore, quo iter devotionis ad sanctum Jacobum in disposito habui, predium nostrum in villa que vocatur *Jgelesheim* situm ecclesie sancte Marie in *Eberbach* pro salute animarum nostrarum legavi, hoc tamen interposui condictum, ut si prefata Guda, vel quispiam *liberorum* nostrorum redimere sibi voluerit predium prescriptum, XX. marcis sit redimendum. Quamdiu vero pecunie summa Fratribus Eberbacensibus non est persoluta, Fratres libere ac quiete utentur eodem predio, annuum fructum ex ipso percipiendo. Testes sunt, *Theobaldus* Abbas, *Metfridus* Abbas in *Arnesburch*, *Erckenberthus* Prior, *Arnoldus* Cellerarius, Frater Franko, *Embricho* Clericus de *Albecho*, *Wilhelmus* Decanus in *Pinguia*, *Petrus* Capellanus.

Acta sunt anno incarnationis MCCIX.

XCIV.

* Michelbach, im Gericht Kaldern.

** vermuthlich in der Gegend der jezigen Kappeler Höfe, A. Marburg.

*** Dieser Zusaz gehört vermuthlich nicht in die nemliche Zeit, worin der übrige Theil der Urkunde aufgesezt worden. Das an dieser Urkunde hangende Siegel ist beinah ganz zerbrochen, und stellt den Merenbergischen Reuter mit einem Schild vor.

XCIV.

Bischof Otto von Würzburg bestätigt als Lehnsherr einen zwischen dem Kloster Eberbach und Eberhard Waro von Hagen getrofnen Vergleich über Güther bei dem Gehborner Hof. im Febr. 1209.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Otto* Dei gratia sancte Sedis *Erbipolensis* Episcopus. Vigor equitatis deposcit & pontificalis officii condecet dignitatem, commodis & fructuosis ecclesiarum honoribus libenter intendere, easque a secularis sive a cujusque alterius potestatis indebito gravamine per provide circumspectionis cautelam in posterum pro posse liberare. Noverint igitur tam futuri quam presentes, quoniam fidelis noster *Eberhardus Waro de Hagen* inpheodatus est quodam beneficio ab Erbipolensi Ecclesia, cui pertinet decima quedam proveniens de bonis & campis exterioribus curti *Gebenbrunnen* adjacentibus, ratione cujus per annos aliquot violenter & indebite invasit decimam Fratrum in *Gebenburnnen* infra ipsam curtim, & preterea novalium suorum decimam, quam tam ibi quam alibi liberrime ac legitime possidet Ordo Cisterciensis per auctorizatam Sedis Apostolice gratiam & indulgentiam. Unde querimonia suborta inter eum & ecclesiam Eberbacensem hoc modo sopita ac decisa est. Fratres de Eberbach bono pacis & dilectionis potius quam rebus intendentes statuerunt annuatim solvere in pensione, sub grandinis exceptione, memorato *E. Waren* sive heredibus suis qui in hiis bonis sibi successerint, incluso omni jure cultorum & incultorum & ipsorum omnium que curtis continet, insuper & prati in *Sinzenvelt*, XXXV. maldra siliginis mensure Moguntine, ut de cetero sine questione partes ipse possint permanere, relaxata etiam omni actione quam in sepedictum *E. Waren* Fratres habebant super XXII. marcis & CCCC. maldris que aliquantis annis propter jus decime sue de novalibus Fratrum violenter sibi usurpans accepit. Notandum sane, quodsi prefatum pheodum post obitum *Eberhardi* vel suorum heredum in extraneas personas cesserit, aut Sedi Erbipolensi vacare ceperit, forma contractus exspiravit. Conpositio autem in hunc modum perscripta, fidei & dextrarum prestatione confirmata & a fideli nostro E. predicto & ab Abbate Eberbacensi *Theobaldo*. Mediatores quoque ejusdem conpositionis exstiterunt *Cunradus* major Prepositus Moguntinus, Dominus *Blicgerus de Steinaha*, Dominus *Ulricus de Eschelbrukken*, *C.* * *Domicellus de Widerstat* ab utrinque dextras accipientes talis condicionis sub titulo, ut si Eberhardus, quod absit, vel aliquis heredum in ipso beneficio sibi succedentium, quod factum est revocare aut infringere adtem-

* In der Bestätigung Erzb. Siffrieds II. von Mainz, deren ich gleich weiter gedenken werde, wird der Namen Counzo ganz ausgeschrieben.

adtemptaverit Ecclesie beate Marie in Eberbach teneatur in XX. marcis, & in CCCC. maldris siliginis. Testimonium itaque huic contractui perhibentes & assensum nostrum impendentes, quod in futurum firmius robur accipiat & inconvulsum permaneat, appensi sigilli nostri munimine communimus. Testes sunt IIII. mediatores prenotati. Preterea E. Decanus in *Frankenvurt*, *Eberhardus* clericus *de Hagen*. De ipsis vero Fratribus *Arnoldus* Cellerarius, *Bernhelmus* Notarius, *Karl* Magister, *Symon* Submagister, Frater Rudegerus, Heinricus, Wolframus, Fridericus, Bezzelinus, Wernherus, Ortwinus, Folberthus, Ditmarus, Walkunus, Sifridus, Wigandus. De *Laicis* etiam personis *Cunradus Reizel*, *Ulricus* de *Widerstat*, *Cunrad Ungelonbo*, *Arnold* de *Flersheim*, *Heinrich* de *Griezheim*, *Kouno* de *Spekbach*, Salman villicus, *Wernher* Advocatus, *Gerung* Advocatus, *Heinrich* de *Glabach*, *Cunrad ravenolt*.

Datum ab incarnatione Domini anno MCCIX. Indictione XII. *In concilio habito apud Maguntiam a Domino Sifrido Moguntine Sedis venerabili Archiepiscopo* mense Februario. *

XCV.

Stiftungsbrief des Klosters Merxhausen.

d. 3. Nov. 1213.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Sifridus* Dei gratia sancte Maguntinensis Sedis Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus. Pastoralis officii sollicitudo nos ammonet & inducit, ut tanto vigilantiori cura hiis que religioni conveniunt intendamus, quanto religionis auctori majorem pre ceteris tenemur reddere rationem. Ad notitiam igitur tam presentium quam futurorum fidelium volumus pervenire, quod quedam confraternitatis collectio tam clericorum quam laicorum quoddam predium habens sex mansos in loco qui olim *Merkeshusen* nunc autem *Campus sancti Johannis* vocatur, in

* Die hier erwähnte Mainzische Kirchenversammlung ist bisher unbekannt gewesen; ich habe sie wenigstens nirgends gefunden, und auch Hr. Weihbischof Würdtwein in Elencho Concilior. Mogunt. erwähnt ihrer nicht. Ich habe die Urkunde aus dem sehr sauber geschriebenen Original selbst kopirt.

Nach einer andern, auf ein Octavblatt geschriebenen, und mit dem Siegel des Erzb. Siffrieds II. von Mainz versehenen, Originalurkunde bestätigt auch dieser den vorgedachten Vergleich beinah mit den nemlichen Worten, und mit den nemlichen, obgleich nicht allen, Zeugen, worunter ich nur den *Eberhardus clericus de Hagen* bemerke. Die Urkunde hat gleiches Datum: Datum ab incarn. Domini MCCIX. Indict. XII. *in concilio per nos apud Maguntiam celebrato* mense Febro.

Im J. 1262. entsagte endlich Würzburg, zum Vortheil des Klosters Eberbach, dem in der Urkunde gedachten Lehensrecht, wie die unten unter diesem Jahr folgende Urkunde zeigen wird.

in quo sita est parrochialis ecclesia, a quibusdam libere conditionis viris *Hermanno & Tiderico de Blumenstein*, germanis, cum consensu heredum ipsorum cum jure patronatus propriis facultatibus compararunt. In locum ergo eundem, studio & inductu fraternitatis predicte, quedam se religiose femine cum quibusdam fratribus transtulerunt divino se ibidem obsequio mancipantes. Sane communi consilio & consensu predium memoratum cum omnibus appendiciis ecclesie Maguntinensi per manus nostras libere tradiderunt, quatinus majori valeant quiete gaudere & uberiori proficere incremento. Nos itaque piam ordinationem eorum in domino commendantes ipsorumque intendentes profectibus & augmento statuimus, ut sanctimoniales & fratres in loco ipso collecti & regularem vitam professi sub regula *beati Augustini* Domino famulentur, nec ad aliquem penitus quam ad nos & successores nostros habeant omnino respectum, salvo tamen Archidiaconi sui jure. Nos preterea primum instituentes ibidem Prepositum ordinamus, ut vacante Prepositure ipsius officio predicti Fratres & Sorores, qui obedientiam ei facere tenebuntur, liberam eligendi sibi Prepositum habeant potestatem, qui a nobis vel successore nostro investiatur, eadem & curam interiorem recipiat, exteriorem vero videlicet parrochialem a Fritslariensi Preposito recipere teneatur. Ad hoc locum ipsum & personas ipsius cum pratis, pascuis, terris cultis & incultis, viis & inviis, silvis, nemoribus, rivis, aquis aquarumque decursibus, & omnibus que nunc possident vel in posterum justis modis poterunt adipisci, in protectionem nostram suscipimus & presentis scripti privilegio communimus, in quo propriis hec vocabulis duximus exprimenda, locum ipsum videlicet *campum Sancti Johannis*, sex mansos ibidem propriis sepesate fraternitatis facultatibus comparatos, unum mansum qui prius ad dotem ipsius ecclesie pertinebat, subjectionem duarum villarum *Wagenhusen & Geilenrot*. Concedimus quoque ipsis, ut si terra per nos vel aliquem successorum nostrorum auctoritate ordinaria supposita fuerit sententie interdicti, liceat eis semel in ebdomada clausis hostiis, excommunicatis & interdictis exclusis, voce suppressa divina officia celebrare. Preterea nullus sibi advocatiam loci ipsius aut bonorum ei spectantium de novo usurp . . . . . . possident, ad nos ab omni jure advocatiio libera devenerunt. Si . . . inposterum ecclesiastica secularisve persona res eorum auferre vel retinere ablatas seu qualibet vexatione indebita molestare presumat, quicunque vero id temere attemptaverit, si secundo tertiove commonitus errorem suum non correxerit, divine ultioni subjaceat, & a perceptione dominici sacramenti aliena fiat, cunctis vero pacem eis servantibus & quietem, pax domini nostri Jhesu Christi uberius cumuletur, quatenus fructum boni operis in presenti, & eterne beatitudinis premium inveniant in futuro. Testes hujus rei sunt *Gumpertus Fritslariensis, Philippus Heiligenstadensis & Burchardus Jechebургensis Prepositi*, Magister *Opertus Canonicus* majoris ecclesie Maguntinensis, *Adeloldus Scolasticus, Heinricus Cantor* Fritslariensis ecclesie, *Albertus* notarii nostri, *Johannes & Heinricus* ecclesie ejusdem Canonici. *Laici* vero *Reinherus de Wichdorp, Dietmarus de Jttere, Ernestus & filius ejus Wecelo de Zuschen*, & alii quam plures.

Acta funt hec anno incarnationis dominice MCCXIII. Indictione II. pontificatus domini Innocentii Pape III. anno fexto decimo, pontificatus vero noftri anno tertio decimo.

Datum *Fritslarie* per manum *Heinrici* notarii noftri III. Non. Novembris.

XCVI.

Verzichtbriefe auf den Hof Hasseloch und dessen Vogtei, zum Vortheil des Klosters Eberbach.

1216.

Ego *Ruoperthus* dictus de *Efchilbruochen*. Facta hominum ne per oblivionem aliquatenus fopiantur, ad memoriam per fcripta revocantur. Igitur prefentis fcripti teftimonio conftare fatio pro tempore conftitutis omnibus, quod acceptis triginta marcis & uno Palefrido de quatuor marcis a fratribus de *Eberbach* cum predio, quod poffidebant in *Efchelbruchen*, omni jure quod habere videbar in curia ipforum que vocatur *Hafelach*, penitus abrenunciavi coram Domino meo *Sifrido* Archiepifcopo Moguntino & coram teftibus fubfcriptis, quorum nomina funt hec: *Cunradus* Ecclefie *Maguntine* major Prepofitus, *Godefridus* Decanus, *Godefridus* Cuftos, *Cunradus* Scolafticus, *Heinricus* Cantor, *Ruthardus* Cellerarius, *Symon*, *Adelungus*, *Godefridus* Subcuftos, *Heinricus* Prepofitus *Pinguenfis*, *Folcnandus*, *Bruno*, *Heinricus de Zazzenelnbogen*, *Albertus*, *Heroldus*, *Oberthus* Canonici majoris Ecclefie Maguntine; *Sigewinus* Cantor fancti *Johannis*, & *Rudolfus* parrochianus fancti Quintini. De officiatis Epifcopi *Arnoldus ad Quercum*, *Godescalcus* Advocatus & *Baldungus*. De minifterialibus Epifcopi, Arnoldus filius Ludewici, Godescalcus junior, Dudo Scado, Ottho de Olmeno, & Reinfridus. De hominibus meis, Dithericus Bechftein, Dithericus filius ejus, Balrei, Heinricus, Swertslach, Godefridus Clebefatel, Gerlacus Hirz. Quia vero *proprium figillum non habui, eo quod nondum miles fui*, figillum capituli Maguntini & figillum Burgenfium Maguntinorum apponi poftulavi. Acta funt hec anno dominice incarnationis MCCXVI.

Godefridus de Eppenftein. Quum geftis divinis vel oblivio vel hominum malitia confuevit novercari, idcirco prefentis fcripti teftimonio tam futuris quam prefentibus innotescere cupio, qualiter omni ordinationi, quam mihi fecerat *Ruperthus de Efchilbruchen* in advocatia quondam fua de *Hafelach*, fucceforem fuum videlicet me conftituens ibidem fi fine prole decederet, renunciavi, & in manus Comitis *Ludewici de Rineke*, ad quem idem feodum fpectabat, nec non & domini *Sifridi* Maguntini Archiepifcopi, a quo id Comes prefatus tenebat, libere refignavi. Ad robur itaque hujus facti prefentem paginam confcribi & figillo meo feci communiri. Acta anno dominice incarnationis MCCXVI.

Cunegun-

Cunegundis Comitissa de *Rieneke* & *Ludewicus* filius ejus ad noticiam omnium presentium & posterorum volumus pervenire, quod advocatiam curtis in *Haselach*, quam *Gerardus* olim Comes de *Rieneke* in feodo habitam Domino *Sifrido* Moguntino Archiepiscopo cum libertate omnimoda resignavit, ego C. quondam uxor, & ego L. tunc filius ejus ipsius Comitis, nominibus nostris & omnium coheredum nostrorum in manus jam dicti Domini Archiepiscopi similiter resignavimus libere ac penitus absolute, sub testimonio Domini *Cunradi* majoris Prepositi *Moguntini*, *Godefridi de Eppenstein*, *Heinrici de Rudenkein*, Gerardi, Sybodonis, Bezelini, Gernodi, Richwini, Cunradi Vicedomini, Embrichonis de Eberbach, Rudegeri & quam plurium aliorum. Ad majorem hujus rei firmitatem hanc literam scribi fecimus & sigillari.

Datum *Aschaffenburg*. IX. Kalend. Novembris. *

XCVII.

Kaiser Friedrich stellt dem Kloster Selbold das ihm entrissene Patronatrecht über die Kirche zu Grinda wieder her. **

d. 15. Aug. 1217.

Fridericus Dei gratia Rhomanorum Rex & semper Augustus, & Rex Sicilie omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in eo qui est omnium salvator. Quoniam propter defect[illegible] nostri temporis, malitia hominum faciente, ea que geruntur non solum in oblivionem veniunt, immo & contradictionem tanquam non gesta sentiunt, nisi scriptura fuerint memorie commendata: Nos tam presentis quam future etatis hominibus presenti scripto duximus intimandum, quod *W[illegible]us* Prepositus in Selbold nobis conquirendo monstravit, quia cum foelicis memorie nobilis femina *Gisla Comitissa* parrochialem ecclesiam in *Grinda*, in sua proprietate sitam, conventuali ecclesie in Selbold

* Im J. 1213. lebte der in der Urkunde als todt angeführte Graf Gebhard von Rieneck noch. Ein von ihm an das Kloster Eberbach ausgestellter Kaufbrief, von dem Guden. Cod. Dipl. T. I. p. 423. die Erzbischöfliche Bestätigung abdrucken lassen, fängt also an: *Gerhardus [illegible]rcgravius de Renecken*, & uxor sua *Cunegundis* Comitissa, & *Ludewicus* filius eius; stimmt aber sonst, dem Inhalt nach, mit gedachter Bestätigungsurkunde vollkommen überein.

In dem nemlichen J. 1216. bestätigten und bezeugten auch das Domkapitul zu Mainz, in einer zweiten Urkunde der Domprobst, samt der Stadt Mainz, und in einer dritten Erzb. Siffried, diese Handlung.

** Es ist diese Urkunde in einer doppelten, den Worten nach meist verschiednen, Form ausgefertigt worden, wovon die gegenwärtige die leztere scheint, weil sie in einigen Stücken etwas umständlicher und bestimmter ist, als die andre. Vermuthlich war eben diese Berichtigung die Ursache der doppelten Aussertigung.

bold ad supplementum stipendiorum fratrum ibidem Deo famulantium, quantum in ipsa erat, libere ac solemniter contulisset, eamque ipsa conventualis ecclesia quiete ac pacifice longo tempore possedisset, tandem quod nostri prædecessores nominatim expressi, in hereditatem memorate femine succedentes, dictam parrochialem ecclesiam in prejudicium conventualis ecclesie, fortisan circumventi, quibusdam clericis secularibus contulerunt, super quibus omnibus per testes omni exceptione majores idem Prepositus sufficientes probationes exhibuit coram nobis. Nos ergo videntes, ipsam ecclesiam per juris injuriam in hoc graviter lesam fuisse, consentiente dilecto nostro fideli *Gerlaco de Budingen*, qui se tertiam partem patronatus ejusdem parrochialis ecclesie in feudo a nobis approbat habere, memorate conventuali ecclesie jus suum, quo spoliata fuit injuste, recognovimus justitia exigente, in possessionem quoque ipsius nostra authoritate eandem induci fecimus, quatenus post obitum *Wigandi*, qui nunc in eadem ecclesia est institutus, libere in antea uti valeat jure suo instituendo ibi canonicum de suo collegio, vel alium, qui ipsi ecclesie preesse valeat & prodesse, proventibus ipsius ecclesie partim ipsi instituto, partim conventuali ecclesie, prout expediens fuerit, applicandis. In cujus rei evidentiam presentem paginam conscribi & sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes autem hi sunt: *Ludovicus* Dux *Bavarie*, *Adolffus* Comes de *Scauenburg*, *Burcardus* Comes de *Luterberg*, *Gerlacus* de *Budingen*, *Philippus* de *Bonlannt*, *Conradus de Ysenbach*, *Sifridus* miles de *Selboldt*, *Henricus* miles de *Selboldt*, *Sigenandus* Centgravius, *Henricus* Dene, *Ruckerus* Centgravius, *Gozimus* Prior in Mirolda, *Gerlacus* plebanus in Geilnhusenn, & frater *Albertus de Mirolda* & alii quamplures.

Acta sunt hec anno incarnationis domini MCC. decimo septimo, indictione quinta, Epact. XI. concurren. VI.

Data in *Volda* XVIII. calend. Septembr. *

XCVIII.

* In gedachtem ersten Aufsaz dieser Urkunde heißt es nach den Eingangsformeln: Inde est, quod ecclesie congregationis canonice in *Selbold*, ab Antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus fundate & confirmate, curam gerentes, ecclesiam in *Grunda*, quam Selboldensis ecclesie Prepositus in presentia nostra a *Comitissa Gisla*, cujus jus patronatus & fundationis fuerat, suam ecclesiam totaliter, id est cum jure fundationis & patronatus, recepisse & diu possedisse ostendit, & postmodum coram nobis injuste spoliatam idoneis testibus comprobavit, & quia ad quorundam persuasionem, Regiam majestatem circumvenientium, in prejuditium ipsorum alteri collata fuerant, memoratam ecclesiam, consentiente *Gerlaco de Budingen* nobili viro, qui tertiam partem concessionis a nobis se tenere profitetur, eidem Preposito & sue ecclesie - - - contulimus perpetuo in augmentum prebendarum suarum possidendam ut jure fundationis & patronatus habito sue congregationis Canonicum, sive alium, sicut prius, instituant, worauf die Endformeln und die nemlichen Zeugen folgen.

Um

XCVIII.

Erzb. Siffried von Mainz bestätigt dem Kloster Selbold die Wiederherstellung des Patronatrechts in Grinda.

1218.

Sifridus Dei gratia sancte *Moguntine* Sedis Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus, ad quorum venerit hec cartha conspectum perpetuam in salutis authore salutem. Cum a nobis petitur, quod pietati convenit & a rationis tramite non discordat, decens est & consentaneum equitati ut postulationi hujusmodi celerem & benignum prebeamus assensum. Ex parte igitur dilectorum filiorum Prepositi & Conventus ecclesie *Selboldensis* nobis est supplicatum humiliter, ut cum parrochia de *Grinda ex donatione eorum qui fundatores illius primevi fuerant* olim possessione liberrima pertinuerit ad eandem, & licet ab hac postmodum alienata fuerit violenter, nunc tamen per Dominum *Fridericum* Rhomanorum & Sicilie Regem illustrissimum pristine sit pertinentie restituta, super ejusdem parrochie percipiendis fructibus dignaremur eidem Cenobio dispensationis gratiam impartiri, tum in presidium juris pristini restaurati, tum ad penuriam relevandam, cui monasterium idem, quod dolenter dicimus, graviter est subjectum. Ea propter piis eorum precibus inclinati authoritatis gratia, quam sacri nobis canones indulserunt, equitatem censure Regie approbantes de consensu ecclesie nostre & ecclesie sancte Marie ad gradus misericorditer dispensamus, ut fructibus parrochie prelibate post obitum Wigandi, qui nunc est pastor illius, potiatur ecclesia Selboldensis cum omni libertate ac plenitudine juris olim habiti in eadem, hoc expresse statuto & precise injuncto, ut Prepositus de Selbold de collegio suo aliquem vel alium idoneum sacerdotem instituat per manum Archidiaconi loco illi, competens ei stipendium assignando, & salva integre maneant diocesano & Archidiacono jura sua debita & consueta. Ut autem hec nostra dispensatio facta legaliter & benigne perhennem obtineat firmitatem & neminis versutia valeat retractari, conscribi hanc paginam & sigillorum ecclesie nostre & nostri jussimus impressione muniri sub interminatione anathematis inhibentes, ne ulla ecclesiastica secularisve persona dispensationi predicte presumat ausu temerario contraire. Quod si quis attemptaverit, indignationem omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, beati Martini, & excommunicationis nostre sententiam se noverit incursurum.

Acta

Um eben diese Zeit stellt *Gerlacus de Budingen* eine Urkunde aus, worin er die coram Rege apud *Geilnhusen* constituto von dem Kloster Selbold erhaltne Wiederherstellung des Patronats in Grinda kurz erzehlt, und dann hinzusezt: Nos quoque quidquid juris in prefata ecclesia habuimus, tertiam partem concessionis videlicet, divine remunerationis intuitu, ob salutem anime nostre & *uxoris* nostre & heredum, Selboldensi ecclesie recognovimus, & donationem Domini Regis ratam habentes, Prepositum cum sua ecclesia consilio pariter & auxilio pro posse promovimus &c.

Acta sunt hec anno incarnationis domini MCCXVIII Pontificatus nostri anno XVII. Testes autem hii sunt, *Henricus* Prepositus, *Boppo* Decanus, *Godefridus* Custos, *Conradus* Scholasticus, *Christianus* Cantor majoris ecclesie, *Gerhardus* sancti Stephani. *Gumpertus* Fritslariensis Prepositi, *Ruttardus* Cellerarius, *Adelungus*, *Henricus* Prepositus Pinguensis, *Albertus* de *Kogelenberg*, Magister *Hertholdus*, Magister *Obertus*, *Henricus* de *Selse*, Canonici majoris ecclesie Moguntine; *Walterus* sancti Petri Decanus, *Arnoldus* sancte Marie ad gradus, *Embrico* Scolasticus & Custos, *Berwelfus* Cantor, *Burcardus* Cellerarius, *Hertwicus*, *Gumpoldus*, *Godescalcus* Canonici sancte Marie ad gradus Moguntinos.

XCIX.

Abt Wilhelm von Haina bezeugt eine von dem Reichsdienstmann Meinhard von Grinda seinem Kloster geschehene Schenkung.

1219.

Frater *Wilhelmus Abbas de Aulisburg* in perpetuum cunctorum hoc scriptum intuentium patescat notitie, quod *Meinardus de Grunda* ministerialis imperii una cum *uxore sua Lutgarde* & filiabus sue sororis *Methilde* & *Lutgarde* omnem proprietatem suarum possessionum in *Grunda media & inferiori*, in *Hasela*, *Mittela*, *Livela*, beate & gloriose virgini Marie nostreque congregationi de Aulisburg in absolutionem suorum contulit peccatorum eo pacto, ut usum fructum inde sibi reservent, nisi processu temporis consilium inveniamus utilitati nostre communi magis necessarium. Utque hoc pietatis factum memoriali perpetuo presentibus & futuris inhereat, scripto presenti & nostro sigillo effecimus roborari. Testes hi sunt Dominus *Gerlacus de Butingin*, *Petrus de Hittengeze*, *Fridericus de Buchis*, *Rukerus de Rorbach*, *Sibodo de Gruna*, *Adolfus* & *Wortwinus* & alii milites & armigeri quam plures.

Acta sunt hec in *Castro Butingin* anno incarnationis Domini Millesimo ducentesimo nono decimo indictione septima. *

C.

* Das Siegel stellt einen sizenden Mönch vor, der in der Rechten einen Hirtenstab, in der Linken ein Buch hält, mit der Umschrift: Sigillum - - - - - Aulesburch.

Um eben diese Zeit bekennt in einer undatirten Urkunde: *Wigandus* Dei gratia Prepositus in *Werberg* - - qualiter nos & Ecclesia nostra in *Hukele* sita bona, videlicet duos mansos, cum inculti & plurimarum ferarum invasione destructi jacerent - - novissime venerabili Domino *Wilhelmo* Abbati in Hegene vendendo transegimus. Unter den übrigen unbedeutenden Zeugen erscheint *Irmendrudis* Priorissa.

C.

K. Friedrich II. bestätigt dem Kloster Eberbach die von K. Friedrich I. ertauschte, und von K. Henrich gleichfalls bestätigte Rheininsel Varwerd bei Ginsheim, mit Ausnahme des dortigen Fischwassers. d. 22. Febr. 1219.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Fridericus* secundus divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus & Rex Sicilie &c. * Hujus rei testes sunt:

Sifridus Maguntinus Archiepiscopus.
Heinricus Wormatiensis Episcopus.
Cunradus major in *Spira* Prepositus.
Boppo Decanus major in *Maguntia*.
Heinricus Decanus majoris Ecclesie *Wormat*.
Fridericus Decanus major in *Spira*.
Ludewicus Dux *Bauwarie*.
Heinricus Dux de *Anhalt*.
Rupertus & *Gerhardus* Comites *Hirsuti*.
Godefridus de *Eppenstein*.
Wernerus Dapifer de *Bolanden*, &
Philippus frater suus.
Hartmudus de *Ascheburnen*.
Gisilbertus de *Rudensheim* & *Conradus* filius suus, & alii.

Sigillum Domini Friderici secundi Romanorum regis invictissimi & Regis Sicilie. Ego *Cunradus Spirensis* & *Metensis* Episcopus Imperialis aulæ Cancellarius vice *Sifridi* Moguntine Sedis Archiepiscopi & Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno Domini MCCXIX. Indict. VII. regnante Domino *Friderico* secundo gloriosissimo Romanorum rege semper Augusto & Rege Sicilie, anno regni ejus VI. Datum apud *Spiram* VIIII. Kal. Mart. **

CI.

* Hier folgt wörtlich der nemliche Inhalt, wie oben Beil. LXXXVI., nur daß sich auch auf jene Bestätigung K. Henrichs mit bezogen wird.

** Ich füge diesem noch eine, den nemlichen Gegenstand betreffende, aber undatirte Urkunde Erzbischof Engelberts von Kölln bei, worunter entweder der I. oder II. dieses Namens zu verstehen, die beide in diesem Jahrhundert regierten:

CI.

Der Abt von Helmershausen tritt die Hälfte dieser Stadt an den Erzb. Engelbert von Kölln ab.

d. 16. Jul. 1220.

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Engelbertus* divina favente clementia ſancte *Colonienſis* Eccleſie Archiepiscopus, univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Quum ea, que aguntur in tempore, ne ex temporis diuturnitate ab humana labantur memoria, plerumque ſolent iudicio ſcripture eternari, ea propter teſtimonio preſencium notum facimus univerſis, quod Abbas in *Helwardeshuſen* conſilio & voluntate ſui conventus, pro ſpe pacis ipſorum & defenſionis, nobis & Eccleſie Colonienſi donavit & recognovit *medietatem opidi* memorati, prout in preſenciarum inhabitatur & in futurum ampliabitur, cum moneta, theloneo, jurisdictione, cenſibus, & omnibus proventibus, perpetuo poſſidendam ſub ea forma, quod jurisdictiones & officia predicti opidi, per manum ſuam, conſilio tamen & ordinacione Marscalci noſtri, ſeu alterius nuncii noſtri, in homines, qui ſunt de familia monaſterii, locabuntur, & ne jure feodali vel hereditario quis ſibi ea impoſterum vendicet, de anno in annum mutabuntur. Quia vero monaſterium predictum Advocatum ante non habuit, jus ſibi Advocacie reſervavit, emolumenti autem totius exinde dimidium, ſicut preſcriptum eſt, ad nos ſpectabit, preterquam gladii exemti. Judex autem jurabit, quod queſtum omnem ſepeſati opidi fideliter tam nobis, quam Abbati partietur. Adjectum quoque eſt, quod jus patronatus Eccleſie adhuc ibidem conſtruende ad Prepoſitum pertinebit, & ipſius Eccleſie redditus utilitati Fratrum proveniet ad ſtipendiorum ſuorum ſupplementum. Ab hac autem donacione excipiuntur allodium monaſterii memorati, duo molendina eidem ab antiquo pertinencia, due aree piscatorum, & una area fabri, Abbati ſpecialiter deſervientia, que omnia, ſicut & nunc, integraliter ad monaſterium ſpectabunt prenotatum. Si proceſſu vero temporis aliquis ſucceſſorum noſtrorum de bonis prelibati monaſterii plus, quam ordinatum & conſcriptum eſt, uſurpare attemptaverit, omnia que Eccleſie Colonienſi donata ſunt, ad ipſum monaſterium redibunt. Ut autem hec omnia rata & inconvulſa futuris obſerventur temporibus, ſigilli noſtri ac majoris

Engelbertus Dei gratia *Colonienſis* Archiepiscopus dilectis in Chriſto fratribus Abbati & Conventui in *Everbach* ſalutem & omne bonum. Propoſita coram Prelatis noſtris queſtione que inter nos & Eccleſiam veſtram vertebatur de inſula in *Gimmensheim* nominata *Vareweid*, ad eorum conſilium & conſenſum conceſſimus vobis, ut in poſſeſſione ejusdem inſule, ſicut hactenus poſſediſtis, libere & ſine omni contradictione a nobis & a noſtris permaneatis, & ne quis de cetero vos in ea gravare preſumat in aliquo, ſcripti noſtri atteſtatione & ſigilli impreſſione donationem ipſam vobis confirmamus. Datum apud *Coloniam*, Pontificatus noſtri VI. anno VII. Kal. Junii.

majoris Ecclesie Coloniensis Caractere presentem paginam fecimus insigniri. Hujus rei testes sunt: *Conradus* majoris Ecclesie Coloniensis Prepositus & Archidiaconus, *Goswinus* major Decanus & Archidiaconus, *Hermannus* sancti Gereonis Decanus, *Gerhardus* Decanus sancti Severini, *Vortlinus* Decanus sancti Georgii, *Heinricus* Prepositus Carpensis, *Detegeinus* & *Gotfridus* Notarius. *Johannes* Prepositus *Helwardensis*, *Gernungus* Decanus, *Bertoldus* Custos, *Conradus* Camerarius, *Johannes* Plebanus & Prepositus. *Adolffus* Comes de *Marck*, *Hermannus* de *Lippia*, *Hermannus* Advocatus Coloniensis, *Hermannus* Marscalcus, *Bruno* Pincerna, *Rigxinus* Marscalcus *Westvalie*. *Hermannus* Scultetus *Sugaciensis*, & alii quamplures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXX. XVII. Kal. Augusti, indictione octava.

Nos vero *Rotpertus* dei gracia Abbas Ecclesie *Corbiensis*, visis autenticis literis, sigillis reverendi in Christo Patris ac Domini Domini Engelberti prenotati Ecclesie Coloniensis Archiepiscopi & ejusdem Ecclesie capituli ita sigillatis, ad peticionem Domini Abbatis in Helwordeshusen, & sui Conventus, presens transscriptum omni forma de verbo ad verbum cum aliis literis autenticis sigillatis plene concordatum, & coram nobis prudenter examinatum, sigillo nostro jussimus communiri in testimonium super eo. Datum anno Domini MCCCXXVI. V. Idus Septembris.

CII.

Pabst Honorius III. überträgt dem Abt von Hersfeld Schuz und Schirm über das Kloster Arnsburg.

d. 3. Febr. 1223.

Honorius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati *Hersveldensi*, Moguntine Dioecescos, salutem & Apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur, & canonicæ sententiæ severitas enervatur, ut viri religiosi, & hi maxime, qui per sedis Apostolicæ privilegia majori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis injurias sustineant & rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, & pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & conventus monasterii de *Arnisburg*, Cisterciensis ordinis, tam de frequentibus injuriis quam de ipso quotidiano defectu justitiæ conquerentes, discretionem tuam literis petierunt Apostolicis excitari, ut ita judex eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeas magnanimitate consilia gerere, quod ab angustiis quas sustinent & pressuris tuo possint præsidio respirare. Ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res seu domos prædictorum Abbatis & Conventus vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea injuste detinuerint, quæ prædictis Abbati & Conventui ex

testamento decedentium relinquuntur, seu in dictos Abbatem & Conventum contra Apostolicæ sedis indulta sententiam executionis aut interdicti præsumserint promulgare, idem decimas laborum de terris habitis — — — quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, seu nutrimentorum suorum, spretis Apostolicæ sedis privilegiis, extorquere, monitione præmissa, si Laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellas, si vero Clerici vel Canonici regulares seu Monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio & beneficio suspendas, neutram relaxaturus sententiam, donec ipsis Abbati & Conventui plenarie satisfaciant, & tam Laici, quam Clerici seculares, qui per violentam manuum injectionem anathematis judicio fuerint innodati, cum Dioecesani Episcopi literis ad sedem Apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. Villas autem, in quibus prædictorum Abbatis & Conventus, seu hominum suorum, bona per violentiam detenta fuerunt, quatridui ibi supradicti interdicti sententiæ supponas.

Dat. *Laterani*. III. Non. Febr. Pontificatus nostri anno 7mo.

CIII.

König Henrich bestätigt dem Kloster Helmershausen die ihm von den vorigen Kaisern ertheilte Privilegien.

d. 12. Sept. 1223.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* septimus divina favente clementia Rhomanorum Rex semper Augustus.

reliqua verbotenus ut supra Beil. LXV. *

Licentiamus etiam regali nostra authoritate, ut si quis Ministerialium regalis aulæ prædicto monasterio de prædiis suis quocunque modo conferre voluerit, habeat libertatem. Et ut hæc donatio rata & inconvulsa permaneat, præsentem paginam signi nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria corroborantes idoneos testes subternotari fecimus, quorum nomina sunt hæc:

Sifridus Moguntinæ Sedis Archiepiscopus.
Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus.
Otto Herpipolensis Episcopus.
Engelhardus Neuenbergensis Episcopus.
Conradus Hildenshemensis Episcopus.
Conradus Mindensis Episcopus.

Ludo-

* nur daß in gegenwärtiger Urkunde der Namen des Abts zu Helmershausen nicht angeführt wird, und das Privilegium ertheilt wird: ob peticionem charissimi ac fidelissimi Domini *Engelberti* sancte Coloniensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi Ducis Westphaliæ & Angariæ.

Ludovicus Hirsfeldensis Abbas.

Quinipertus Vrislariensis Prepositus.

Valradus Paderbornensis major Prepositus.

Ludovicus Turingiæ Landgravius.

Ludovicus Dux Bavariæ.

Henricus Comes de *Anbold*.

Adolphus Comes de *Marcia*.

Volquinus Comes de *Sualenberg*.

Conradus, *Otto*, *Henricus* fratres Comites de *Everstein*.

& plures alii Comites & nobiles.

Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis *millesimo ducentesimo vicesimo tertio*. Indict. XI. Dat. apud *Northusen* per manum Cancellarii nostri. II. Id. Septembr., Regni nostri anno *secundo*.

Signum Domini Regis invictissimi. *

CIV.

Pabst Honorius III. befiehlt den Bischöfen zu Hildesheim und Minden, in dem Kloster Helmershausen, auf Verlangen des Abts und Convents, die Episcopalien zu besorgen. **

d. 9. Oct. 1223.

Honorius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus *Hildenshemensi*, *Mindensi* Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Sicut intelleximus monasterium de *Helmwardeshusen* ad Romanam Ecclesiam nullo pertinere mediante, ac ipsi a Sede Apostolica esse indultum, quod ejus Abbas & Conventus a quocunque Catholico maluerint Episcopo crisma, oleum sanctum, ordi-

* Auch König Wilhelm bestätigte nachher dem Kloster Helmershausen die Privilegien seiner Reichsvorfahren, beinah mit den nemlichen Worten: Dat. *Coloniæ* III. Nonas Marcii. Indict. XI. Anno Domini MCCLIII. Regni vero nostri anno V.

** Mit den nemlichen Worten schrieb auch an benannte beide Bischöfe Pabst Gregorius *IX*. Dat. *Laterani* XVII. Kal. Januar., Pontificatus nostri anno *primo* (1227), und Pabst Innocentius *IV*. Dat. *Lugduni* XI. Kal. Sept., Pontificatus nostri anno *tertio* (1245). Die Helmershäuser Mönche wollten gerne ihren Diocesanum, den Bischof von Paderborn, vorbeigehn, ob sie gleich, wie aus den oben Beil. LXXXVII. angeführten Päbstlichen Privilegien erhellet, nur in gewissen Fällen dazu befugt waren: hingegen wollten die Bischöfe von Hildesheim und Minden dem Diocesanus keinen Eintrag thun.

ordinationes monachorum seu clericorum, consecrationes altarium seu basilicarum, & alia recipiant Ecclesiastica sacramenta; quia vero, sicut audimus, hæc difficulter aliquando exhibentur, fraternitatem vestram monemus attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus, cum ab eis fueritis requisiti, prædicta ipsis sine difficultate qualibet impendatis, ita quod vos religiosa loca diligere & ad Christi ministeria habere comprobemini charitatem, nosque non compellamur super hoc aliter providere.

Dat. *Anagnie* Nono Octobris, Pontificatus nostri anno *octavo.*

CV.

Hartrad, Herr von Merenberg, schenkt dem Kloster Hachborn einige Leibeigene.

d. 28. Dec. 1224.

In nomine Domini & Salvatoris Amen! Ut ea que fiunt in tempore, ne labantur cum tempore, debent provisione solita videlicet litterarum testimonio confirmari, hinc est quod notum sit universis presentem notulam intuituris, quod nos *Harteradus de Merenberc*, cum consensu nostre *mulieris* & *filiorum*, homines nobis attinentes, videlicet Ludewicum & Alevolo & Henricum fratres, contulimus cenobio in *Habecheburne* pro remedio animarum nostrarum. Hec autem ut firma rataque permaneant & inconvulsa sigilli nostri munimine fecimus communiri. *Gilpertus* de *Mutersbag*, *Ruthe-rus*, milites, & *Sibodo* de *Dorlar* sunt testes hujus rei.

Hec acta sunt anno gratie MCCXXIIII. in festo sanctorum innocentum.

CVI.

Graf Volquin von Waldeck bestätigt dem Kloster Aulesburg alle von seinen Vorfahren und Ministerialen erworbene Güther.

1225.

In nomine Jhesu Christi Amen. *Wolcnuvinus* divino nutu Comes de *Waldeken* omnibus ad quos presens pagina pervenerit. Cum terre magnates, quasi cedri lybani, jure ordinario in ecclesia sint electi, dignos secus aquas sapientie fructus honoris faciunt, quum sub eis passeres celi, scilicet pauperes Christi, & viri spirituales, nidos pacis & protectionis inveniunt, noverint igitur universi, quod ecclesia sancte Marie in *Aulisberg* Cysterciensis ordinis quasdam possessiones a nostris progenitoribus, & eorum ministerialibus, alias conquisivit precio comparationis, alias accepit beneficio gratuite

tuite collationis. Sed quod in rebus humanis facilis litigandi semper emergit occasio, consultum apud nos statuimus ut factum scripto firmaremus, ne & servis Christi fortassis in posterum inquietudo succrescat, & nostra nobis apud Deum merces quieta permaneat. Ubicunque igitur nostri juris possessiones ab initio usque ad presens predicto modo ad eosdem pervenerint, ratum & inconvulsum volumus haberi. *Quia in nostra cognatione tam etate quam dignitate majores denominamur & sumus*, de pari omnium consensu presentem paginam nostro sigillo roboramus, promoventibus cupientes prospera, contradicentibus inprecantes adversa.

Scripta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXV. sexto Kal Marcii, Domino *Friderico* Romanorum Imperatore & Rege Sycilie regnante. Domino *Sifrido* Archiepiscopo presidente in Moguntia. Sub domino *Honorio* summo Romanorum Pontifice, pontificatus ejusdem anno octavo. Hujus rei testes sunt, Dominus *Wigandus* Abbas de *Aulisberg*, *Hermannus* Monachus ibidem. Dominus *Henricus* Abbas de *Bredenlar*, *Hermannus* Prepositus de *Berche*. *Milites*, *Henricus panpis*, *Cunradus de Jtere*, *Sibodo de Jtere*, *Gyso de Ense*, *Widekindus* Dapifer, *Otto de Wobele*, *Ludewicus Bulmald*, *Hermannus Brotrumf*, *Herimannus de Hancforte*, & alii quam plures.

CVII.

Die Grafen Volquin und Adolph von Schwalenberg verkaufen dem Waldeckischen Kloster Berich einige Güther in Berich.

d. 1. Sept. 1226.

In nomine sancte & individue trinitatis. *V.* & *A.* Dei patientia Comites in *Sualenberg* cunctis in perpetuum revocari dedecet in irritum, quicquid a viris idoneis legitime cognoscitur ordinatum. Hinc est, quod universitati cunctorum Christi pandimus fidelium, quod utique cum consensu *unici filii*, & tam coheredum quam ministerialium nostrorum voluntate, in villa *Beriche* venumdavimus Domino *Hermanno* Preposito totique reverendo *Bericensi* conventui, quicquid proprietate vel *jure comitie* videbamur possidere, videlicet proprietatem bonorum *Ekkehardi* & suorum fratrum & Volperti & Gerhardi fratrum. Areas quoque duas unam Ortlevi, & alteram Henrici Lapiscidi, & quicquid in ceteris areis ecclesie prefate dominii tenebamus, que simul predicti cœnobite sibi pro XII. marcis coloniensibus compararunt. Nos autem ad plenam certitudinem faciendam Dominum *Thetmarum Oppoldum*, Dominum *Conradum Bulemail*, Dominum *Gerlachum* Dapiferum, Dominum *Ottonem* de *Voile* fidem dare petivimus in manus *Thiderici Scurebrant*, ut hec inconvulsa permanerent, presertim coram conventu quodam aureo vendita resignavimus super altare beate virginis

Katrine. Igitur quod legitime fecimus scripti sigillique nostri testimonio roboramus. Testes fide jussores prefati & alii quam plures.

Acta *Waldekke* anno dominice incarnationis MCCXXVI. Kalendis Septembris. *

CVIII.

Pfalzgraf Rudolph von Tübingen macht einige seiner Erbgüther dem Bisthum Strasburg lehnbar.

1228.

Rudolfus Dei gracia *Comes palatinus* in *Tuwingen* omnibus presens scriptum intuentibus obsequium. Notum facimus universis presentem paginam visuris, quod nos R. Dei gracia Argentinensi Episcopo & Ecclesie proprium nostrum, quod a paterna successione possidemus, castrum videlicet *Wilere*, ecclesiam *Nagelte* cum suis appendiciis, villam *Jringesberc*, *Schirmen* & *Gotelving*, cum villa *Hobdorf*, *filiorum* nostrorum consensu accedente, libere donavimus. Nos vero una cum heredibus nostris idem proprium ab Episcopo & Ecclesia in feodum recepimus. In hujus rei testimonium præsens scriptum sigillo nostro voluimus communiri.

Datum anno dom. MCCXXVIII. indictione IX.

CIX.

Pabst Gregorius ertheilt dem Kloster Hachborn einen Schirmbrief.

d. 28. März 1229.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei omnibus ecclesiarum Prelatis hanc paginam inspecturis salutem & apostolicam benedictionem. Quoniam suadet providentia & commisse nobis a Deo prelationis requirit auctoritas, ut omnium ecclesiarum utilitati & cunctorum fidelium saluti sollerti cura providere satagamus, omnium vero nobili devotioni nos oportet inclinari; quapropter universitati fidelium significamus, quod necessitati ecclesie in *Hanechenborne* compatientes & petitioni conventus ejusdem ecclesie consentientes & eam ab injusto gravamine & ab iniqua vexatione liberare cupientes, districte precipimus & per apostolica scripta mandamus, ne aliqua persona alterius ordinis ipsam ecclesiam, sub disciplina ordinis Premonstratensis militantem, per visitationem, seu per aliam importunitatem, inquietare presumat vel damnificare, exceptis visitatoribus a dilecto filio Abbate Pre-

* In einem kurzen Extrakt dieser Urkunde in Senckenb. Sel. Jur. & Histor. T. VI. p. 431 wird das Datum zwar von dem nemlichen Jahr, aber 17. Kal. Sept. angegeben, und p. 419 gar 17. Kal. Dec., wenn nicht etwa an letzterm Orte eine von der gegenwärtigen verschiedne Urkunde zu verstehn ist.

Premonstratensi & a capitulo generali ordinis Premonstratensis delegatis; precipimus etiam, ne quis ibi divina suspendere vel inhibere presumat, nisi edictum curie Romane equale emanuerit, & tunc januis clausis celebrent.

Datum *Lateran.* V. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno tertio. *

CX.

H. Gr. von Battenberg entscheidet den Streit wegen einem Guth zu Hadeloghusen zum Vortheil des Klosters Haina, ums J. 1220-1230.

H. *Comes de Battenburg* omnibus presentem paginam inspecturis. Noverint universi, quod *Gedeboldus* miles de *Berchoven* ex parte uxoris sue, & *Gerlacus Scalbasa* frater ejusdem uxoris in presentia *fratris mei Werneri quondam Comitis*, & mea, querimoniam deposuerunt contra Abbatem & Conventum de *Hagene* Cysterciensis ordinis super quodam predio in *Hadeloghusen*, quod Cunradus frater predicti G. & Sororis sue prefate Ecclesie contulit titulo venditionis; predictis actoribus asserentibus, talem venditionem illius predii stare nec posse nec debere, eo quod ipsum predium ex parte matris ipsorum descendisset, quia diversas matres habuerunt prefati actores, & dictis C. Abbate & fratribus contra respondentibus, illud predium a prefato C. juste & rationabiliter sine omni contradictione comparatum hactenus quiete possedisse, tanquam sui venditoris justam & ordinariam hereditatem. Nos vero partibus convocatis *secundum Jus civile* tulimus sententiam, ut cuicunque pars sanior, id est senior & notior, attestaretur, optineret in hac causa. Abbate igitur & fratribus testes suos producentibus, adversariis autem in testimonio deficientibus, justum quidem erat, ut post defectum testimonii ruina sequeretur actionis. Nos autem Laicis & amicis nostris pro bono pacis indulgentes rogavimus Abbatem, ut VII. viros laicos idoneos transmitteret, qui jus Ecclesie propositum laicis actoribus confirmarent. Quibus juxta condictum arbitrium utriusque partis ab Abbate transmissis, adversa pars minime comparuit. Unde nos partem ecclesie sancivimus & nostro jure confirmavimus, & descriptum in presenti carta contra omnes futuras insidias sigillo nostro

* Im J. 1231. stellte eben dieser Pabst dem Kloster Hachborn eine andre Urkunde aus: Gregorius &c. Decano C. & Magistro J. Canonicis *Wetflarien.* Trevirensis Dioceseos salutem - - Prior & Conventus de *Hahgeburne* nobis conquerendo monstrarunt, quod *Ecbeardus* & W. fratres, & quidam alii laici Moguntine dioceseos, super censibus, decimis & rebus aliis injuriantur eisdem, ideoque - - mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis causam & appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam observari &c. Dat. *Reate* II. Kal. Novembr. Pontificatus nostri anno quinto.

nostro roboravimus. Isti sunt noti quos produxit Abbas, *Crafto miles & liber de Bokkendorf*, *Thegenhardus* de eadem villa, *Theodericus de Hadeloghusen* & *Sifridus* frater ejus, *Gumpertus de Hadeloghusen*. Isti sunt juratores quos Abbas transmisit: Cunradus, Gerlacus, Walterus, Arnoldus, *Henricus* de *Houwilre*. Walterus & Heidenricus de *Bonlant*. Isti sunt testes, qui interfuerunt nostre sanctioni, *Sifridus de Bidenuelt*, *Godebertus de Didenshusen*, *Cunradus de Gerardenehusen*, *Sifridus de Reimbretshusen*, *Cunradus de Wicardesdorf*, & alii quam plures.

CXI.

Graf Gottfried von Ziegenhain vergleicht sich mit dem Kloster Haina, und tritt ihm benannte Zehenden ab.

1229.

G*odefridus Comes de Zygenhagen* omnibus presentem paginam lecturis. Noverint universi quod causa dissensionis inter nos & ecclesiam *Hegenehe* aliquando fuit exorta, quatenus viri prudentes & honesti inter se assumentes hoc modo composuerunt eandem, nobis videlicet primum & principaliter injungentes, ut non solum indempnitati, verum eciam profectui ac defensioni ejusdem ecclesie de cetero studeamus, quibus sicut promisimus sic volumus modis omnibus gratanter optemperare. Quia vero predicta dissensio non sine dampno rerum transierat, prefatis Fratribus pro restauro indulgemus, scilicet decimas que subscripte sunt, suis usibus perpetuo comparandas, ubicunque vel undecunque ad nostrum pertineret dominium, videlicet *decimam in Lonelbach*, *decimam in Hegenehe*, *decimam in Svinesa*, *decimam in Houwelren*. Ne igitur huic compositioni in posterum aliquid emergat contrarium, placuit presentem cartam testibus qui affuerunt assignatis sigilli nostri autoritate roborare. Testes hii sunt, *Ecchardus* Decanus de *Ameneburg*, *Everhardus* Plebanus de *Wiraha*, *Henricus* Plebanus de *Treisa*, Clerici. *Gyso* de *Zygenhagen*, *Adelbertus* de *Werneswic*, *Tegenhardus* de *Verne* Milites, & alii quam plures.

Acta sunt hec in villa *Treisa*. Anno dominice incarnationis Millesimo CCXXIX. *

CXII.

* Um eben diese Zeit giebt *Godefridus* Dei gratia *Comes de Richenbach* in einer undatirten Urkunde seine lehensherrliche Einwilligung zu Veräußerung eines vor den Kirchhofsthüren des Dorfs Grusen gelegenen Ackers, quem *Thegenhardus* dictus *Advocatus de Grusen*, & frater ejus *Albertus* agnomine *Stocho* - - vendidissent Plebano ejusdem parochie Domino *Volperto*.

CXII.

Hartrad, Herr zu Merenberg, mit seiner Gemahlin, Kindern und Verwandten, verkaufen dem Kloster Arnsburg Güther in Holzheim.

1 2 3 3.

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Hartradus de Merenberg* innotescere cupio tam presentibus quam futuris, quod communicata manu & communi consensu conjugis mee *Elysabeht*, & filiorum meorum *Cunradi & Witbekindi*, nec non *Friderici de Marpurg filii sororis mee*, & *Gude uxoris filii mei Conradi*, & *liberorum suorum*, vendidi monasterio de *Arnespurg* Cysterciensis ordinis, universa predia que michi in *majori Holzheim* in curia una & agris, & in *minori Holzheim* in boscho & agris libere pertinebant, pro viginti & una marca & dimidia Coloniensis monete, firmam & justam eis super eisdem Warandiam prestando, ut ea sine omni impedimento mei & impeticione omnium heredum meorum nunc existentium & per temporum intervalla succedentium prelibatum monasterium libere & absolute possideat.

Acta sunt hec anno domini MCCXXXIII. in *Witflaria* presentibus judicibus & scabinis ejusdem civitatis. Ne autem hujus facti succrescat oblivio, aut in prejudicium monasterii de *Arnespurg* & gravamen ulla successorum meorum argucia possit revocari, presens scriptum in munimentum firmitatis meo & civitatis Witflariensis sigillis feci roborari. Testes hujus rei sunt *Fridericus de Marpurg*, *Cuno de Hazechinstein*, *Wecelo de Garbenheim*, *Heinricus* rufus, *Macharius de Lind.n*, & *Godefridus* filius fratris sui, *Gisilbertus de Ascheburnen*, *Eberwinus de Drahe*, *Rugerus Canis*, Milites. Sifridus Scultetus, Hermannus Advocatus, Crafto Wicelo de Pomberer, Godefridus, Engilmudis, Wigandus inter apothecas, Heinricus Weidemann & Richolfus frater suus, Wigandus de Garo, Arnoldus Monetarius, Ludwicus, Josfridus, Ortolfus, Scabini; Heinricus in vico, Harpernus, Heinricus de Katzenfurt, & universitas Burgensium in Witflaria.

CXIII.

Erzb. Siffried übergiebt den ihm von dem Grafen von Nassau aufgesagten Zehenden in Lotheim an das Kloster Haina. *

1 2 3 3.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Sifridus* Dei gratia sancte *Moguntinensis* sedis Archiepiscopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum in lege veteri quod sancta

* Die Lehenresignation Gr. Henrichs von Nassau an das Erzstift Mainz liefert Kopps Histor. Nachr. von den Herrn zu Itter S. 196.

sancta sanctorum esse debeant, sepe describatur, & qui altari deserviunt de altari vivere Apostolica authoritate concedatur, maxime in decimis, que de sacrario ad Laicos devolute sunt, hoc legitimum reperitur abolitum, unde justum est & dignum videtur, ut rursus ad sacrarium, sicuti fieri potest, congrue reducantur. Noverint igitur universi, quod Comes *de Nassau* decimam in *Lotheim* titulo feodali a nobis habuit, *nobiles* vero *de Jttere* eandem decimam a dicto Comite jure tenuerunt eodem, quidam vero milites a dictis nobilibus similiter habuerunt eandem. Porro ecclesia de *Aulisberg* Cysterciensis ordinis prefatam decimam a dictis militibus pretio comparavit, ita ut omnes coheredes dominis suis absolutam resignarent. Predicti quoque nobiles cum omnibus suis coheredibus liberam Comiti resignarunt. Comes etiam eandem dimisit absolutam. Nos igitur accepta plena libertate dedimus hanc decimam in subsidium victus ecclesie memorate de consensu & rogatu omnium ad hoc jure pertinentium. Ne autem huic nostre donacioni aliquid contrarii emergat in posterum, presentem chartam sigilli nostri testimonio roborare decrevimus.

Acta sunt anno dominice incarnationis MCCXXXIII. Pontificatus nostri anno tertio. Hujus rei testes sunt Magister *Rimundus* Abbas *Rubacensis*, Magister *Johannes* Prepositus in *Binge*, Magister *Rudolphus* Canonicus sancti *Stephani*, *Gozmarus* Decanus in capitulo sancte Marie in Mogunt. *Eberhardus* Decanus de *Mummenberg*, Clerici. *Wernerus* Hospitalarius quondam *Comes in Battenberg*, *Wittekindus* & *Adolphus* de *Widigenstein* & de *Waldeke* Comites, *Henricus* de *Grascap*.

CXIV.

Landgraf Konrad von Thüringen vergleicht sich mit den Grafen Gottfried und Berthold von Ziegenhain über mehrere Landesangelegenheiten.

d. 25. Nov. 1233.

In nomine domini Amen. *Conradus* dei gratia *Thuringie Lantgravius* universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ea que geruntur in tempore a debili memoria hominum facilius elabuntur, cautum est posterorum noticie sigillorum munimine literarumque testimonio reservari. Ideoque ad noticiam tam futurorum quam presentium cupimus devenire, quod nos cum nobilibus viris *Godefrido* & *Bertoldo Comitibus de Cygenhagen* super dissensione inter nos habita post compositionem inter *fratrem nostrum* initam communi tam nostrorum quam ipsorum consiliariorum discreto consilio in unum convenimus in hunc modum, quod ipsis Comitibus concessimus in feodo quidquid *Fretbericus Comes de Wildungen*, *patruus noster* habebat *Cygenhagen* infra fossata castri ejusdem, ac ministeriales eidem attinentes ipsis dimisimus, ita quod quicunque tunc temporis habuerit uxores ministeriales nostras, nobis simpliciter cedent, & alii quicunque de eadem familia Cygenhagen ministeriales essent mansionarii trans Fuldam. Renunciavimus etiam omni juri quod videbamur habere in castro *Stoupbenberch*,

berch, ad quod non debemus edificare quod dicitur *burchligehu* in eorum proprietate, vel *Comitia vel Advocatia*, vel emere in eorum preiudicium alia bona a coheredibus ipſorum, & precipue hec duo dimittemus in *Treyſe*, nec eorum homines, cujuscunque conditionis ſint, recipere in manſionarios, vel apud nos locare, niſi vel jure, vel amicitia ipſorum ab ipſis fuerint ſeparati. Verſa vice ipſi Comites eodem modo, ſicut prediſtum, in noſtrum prejudicium non debent edificare, nec homines noſtros recipere. Renunciarunt etiam juri quod videbantur habere in caſtris *Richenbach* & *Keſeberch*. Debent etiam intra annum, quando a nobis fuerint requiſiti, dimittere Dominis, videlicet Imperio, vel Mogunt. vel Fuld. vel Hersfeld. Abbatibus, ad CC. talenta, & procurare concedi nobis, & de manu noſtra recipere illa. Promiſerunt etiam predicti Comites fide data & in reliquiis juraverunt, ſe noſtros ſemper eſſe adjutores contra quemlibet hominem, preter Romanum Imperium, & nos fideliter ipſis promiſimus, eos fovere & adjutores eorum eſſe contra quemlibet hominem, excepto Romano Imperio. Ut autem que premiſſa ſunt inviolabiliter obſerventur, poſuimus fideiuſſores ex utraque parte. Nobiscum promiſerunt *Rodolfus pincerna de Varila*, *Dymmo de Slideſe*, *Dudo de Lapide*, *Fretbericus de Trivorde*, *Guntberamus de Marpurch*, *Helfricus de Rodenberch*, *Witheroldus de Reingotenbuſen*, *Conradus de Elvene*. Cum Comitibus autem *Heinricus de Oſtershuſene*, *Conradus de Winterſceid*, *Ekkehardus Coppelin*, *Bruno de Turri*, *Rodericus Oſſe*, *Bernardus*, *Bernhelmus*, *Lodewicus de Wetersheim*.

Acta *Marpurch* anno verbi incarnati MCCXXXIII. VII. Kal. Decemb. Indictione VI. Teſtes aderant Comes *Poppo de Hynnenberch*, Comes *Heinricus de Suarzburch*, omnes fideiuſſores anteſati, *Ekkehardus de Hapesveld*, *Widekindus de Holtteim*, & alii quam plures. Feliciter Amen.

CXV.

Gr. W. von Wittgenſtein tritt die Hälfte der Schlöſſer Battenberg und Kellerberg an das Erzſtift Mainz ab.

d. 9. Apr. 1234.

W. Comes de *Witticbenſtein* tenore preſencium & Sigilli mei teſtimonio proteſtor, quod cum Domino meo *Sifrido* Archiepiscopo *Maguntino* taliter concordavi. Medietatem Caſtri & Oppidi *Battenburc*, & Caſtri *Kellerberc* & *Comicie attinentis* eisdem Caſtris, ſicut in alia litera eſt expreſſum *, dabo ei & Eccleſie Maguntine libere perpetuo poſſidenda, ita quod *relictam fratris mei H.* & ejus *filias* de hiis renunciare faciam abſolute, & nullam ab ipſis idem Dominus meus Archiepiscopus, aut Eccleſia Moguntina impeticionem imposterum ſuſtinebunt. Ut autem hec omnia conſumentur,

* Es wird damit auf eine Urkunde vom J. 1228. gezielt, die man in des Frhrn. v. Gudenus Cod. Dipl. T. I. p. 547 abgedrukt findet.

tur, ego sacramentaliter, *W. frater meus*, *S.* de *Runckel*, *S.* de *Bietenvelt*, *G. fratres* de *Dietensha-sen*, firmiter promisimus data fide.

Actum *Moguncie* Anno Domini MCCXXXIIII. quinto Idus Aprilis.

CXVI.

Reinhard von Hanau theilt mit seinem Bruder Henrich von Dornfelden, und übergiebt sein Schloß Hanau dem Kloster Eberbach, um daselbst eine Kirche Cistercienser Ordens zu stiften.

1234.

Ego *Reinardus de Hagenowe* presentium tenore significo tam presentibus quam futuris, quod presente venerabili Domino nostro Magunt. Archiepiscopo, & Preposito *Pinguense*, & C. majoris Ecclesie Magunt. Decano, ego & *germanus meus Heinricus* divisimus hereditatem nostram, & ei cessit Castrum in *Dorenfelt* cum prediis sibi addictis, & mihi Castrum in *Hagenowen* cum prediis sibi addictis. Quod Castrum cum universis que mihi jure hereditario cesserunt & pertinent divina aspiratione sufultus pro remedio peccaminum meorum & parentum meorum contuli Ordini Cysterciensi & Ecclesie *Eberbacensi*, ita quod sine omni contradictione fratris mei ecclesia ejusdem ordinis construetur in Castro *Hagenowe* mihi determinato.

Actum est hoc Anno Domini MCCXXXIIII.

Testes Dominus Magunt. Archiepiscopus, Abbas *Eberbacensis*, Abbas de *Arnesperg*, & *Johannes* Prepositus *Pinguensis*. *

CXVII.

Landgraf Henrich von Thüringen giebt dem Erzbischof von Mainz den lehnbaren Zehenden in Wetter auf, mit Bitte, ihn dem Kloster Aulesburg zu ertheilen.

d. 24. Aug. 1235.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* Dei gracia Lantgravius *Thuringie* & Saxonie Comes Palatinus. Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Ad

* Das wohlerhaltne in gelbes Wachs gedrukte Siegel dieser Urkunde, die ich aus dem Original genommen, stellt einen gewafneten, aber, soviel man sehen kann, nicht gepanzerten, Reuter vor, in der Rechten mit einer Fahne, in der Linken mit einem Schild, jedes mit einem Löwen bezeichnet, und drum herum die Umschrift: *S. Reinhardi de Dornvelden.* Vergl. unten die Hanauischen Urkunden vom J. 1243 und 1245.

Ad vestram volumus noticiam pervenire, quod nos decimam majorem & minorem in *Wettere*, quam de manu nostra *Widekindus de novo Castro*, fidelis noster, tenuit, nobisque resignavit, quamque in feodo tenuimus a Domino nostro Archiepiscopo Moguntino, in manus ejusdem Domini Archiepiscopi resignavimus, ecclesie de *Aulispurg* Cystercieusis ordinis jure perpetuo conferendam. Et in evidentiam hujus facti nostri presens contulimus scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Testes hujus rei sunt, Frater Hermannus de *Salzba* Magister de domo Teutonica, Frater *Conradus quondam Lantgravius*, *Heinricus* Comes de *Stalberg*, *Adolfus* Comes de *Waldecke*, *Rodolfus* de *Varila* Pincerna, *Fridericus* de *Trixorde*, *Dudo* de *Lapide*, *Conradus Michelinc*, *Everhardus Echezil*, & alii quam plures.

Acta sunt hec anno gracie MCCXXXV. Indictione VIII.

Datum *Moguntie* per manus fratris Egelolfi. IX. Kal. Septembris. *

CXVIII.

K. Friedrich II. bestätigt dem Kloster Selbold seine Besizungen. im Mai 1236.

Fridericus dei gratia Rhomanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Sicilie rex. Salutem & omne bonum. Per presens scriptum notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos, divine pietatis intuitu, quo personas Deo dicatas respicimus, venerabilem Prepositum & conventum monasterii in *Selbold*, monasterium ipsum, villam juxta sitam, eodem nomine, & ad ea pertinentia, scilicet *Hattengesesse*, *Witterams*, *Gunsrodes*, *Lobberbach*, *Mietla*, *Miroldis*, *Heilers*, *Geilnhusen*, - - - & partem de *Wechtersbach*, decimas in eisdem prefatis villulis, ac alia bona sua, que in presenti juste tenent & possident, & in antea justo acquisitionis titulo poterunt adipisci, sub nostra & imperii protectione recepimus speciali, mandantes & precipientes universitati vestre firmiter considerare; nullus sit, qui predictum Prepositum, conventum, monasterium & bona ipsorum contra presentis protectionis tenorem temere perturbare presumat: Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incurrisse. Ad hujus rei memoriam & robur eis in posterum valiturum presens scriptum fieri jussimus sigillo nostro munitum.

Datum

* Der Erzb. Siffried hatte schon einen Monat vorher in einem besondern Brief von eben dem Jahr dem Kloster Aulesburg den erwähnten Zehenten ertheilt: Testes hujus rei sunt *Christianus* Decanus, *Cunradus* Scolasticus, *Acelungus* Archipresbyter, *Heinricus* de *Selse*, *Fridericus Grifenclawe*, *Ludegerus* Prepositus de *Rastorf*, *Einbrico* de *Bobardia*, *Gerhardus* de *Puzalia*, *Sifridus* de *Aldenburch*, *Everhardus* de *Waro*, *Johannes Pinguensis* Prepositus, *Theodericus* de *Stalecke* Canonici Moguntini, & alii quam plures. Actum anno dominico incarnationis MCCXXXV. Dat. *Maguntie* anno predicto X. Kal. Aug. Pontificatus vero nostri quinto.

Datum apud *Herbipolim* anno dominice incarnationis *Millesimo ducentesimo tricesimo sexto*, Mense Maji, none indictionis. *

CXIX.

Die Herrn von Itter entsagen gegen das Kloster Breidenau ihren Ansprüchen auf Güther in Geismar.

1238.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Heinricus* dei gratia Scolasticus *Fritslariensis* vicem gerens Prepositi loci ejusdem, *Heinricus* Decanus totumque Capitulum ejusdem ecclesie universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo qui est omnium vera salus. Quoniam ecclesia beate & gloriose virginis Marie in *Bretenowe* a nobilibus de *Hyterbe* super bonis sitis in *Gesmar* sepius multis tribulationibus & injuriis est perplexa, expedit ut tam nefario facto modis omnibus salubriter succuratur. Ea propter per presens scriptum ad notitiam transferimus posterorum, quod Dominus *Cunradus*, *Renhartdus* & *Cunradus filii ejusdem*, *C. Sybodo senior & Sybodo filius suus*, *Ditmarus*, *Alhedis uxor* dicti *Sybodonis*, *Hermannus penzelere & Gertrudis uxor sua*, *Sybodo & Sabina uxor sua Nobiles de Hyterbe*, cum omni posteritate sua, quicquid juris in bonis predictis videbantur habere pleno consensu coram nobis abrenunciarunt. Testes Magister *Ludolfus*, Magister *Albertus*, *Werberus* Canonici Fritslarienses, *Sybodo* Notarius, *Widekindus* plebanus in *Welspe c*, *Gumpertus* plebanus in *Worscutre*, frater *Ditmarus* in *Eppenberc*, *Ebberhartdus & Werberus* milites de *Wtershusen*, *Herbertus* advocatus, *Hermannus* de *Holchusen*, *Teodericus de Elbene*, *Widekindus* de *Holchem*, *Hermannus* de *Bessche*, *Syfridus* de *Aldorp*, *Hermannus*, *Hermannus* fratres qui dicuntur *Mesenbuge*, *Berno*, *Ludewicus* & *Gerlacus* de *Theuren*, *Heinricus Panpis*, *Herwicus* de *Bodeger*, *Rudolfus* de *Sensenen*, *Eckehardus* de *Nezebe* & alii quam plures.

Actum anno incarnationis Domini MCCXXXVIII.

CXX.

* Diese Urkunde war Anfangs kürzer und nur in Form eines allgemeinen Schuzbriefs verfaßt, ohne die einzelne Güther anzuführen, daher ihn die Mönche vermuthlich lieber von neuem in die gegenwärtige Form umfertigen ließen. Beide haben einerlei Datum. — In dem J. 1238. ertheilte auch Pabst Gregorius IX. dem Kloster Selbold einen gewöhnlichen Bestätigungs- und Schuzbrief, und zwar über Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam parrochialem sancti Petri in *Selbold*, sancte Marie & sancti Petri in *Geilnhusen*, Ecclesias cum Capella & Hospitali loci ejusdem, in *Mitlau*, in *Gonsrode*, in *Hittengeses*, in *Bennerwiesen*, in *Diepach* & in *Lind.nloch*, grangias cum pratis, vineis, terris, nemoribus &c. Dat. *Laterani* per manum Magistri *Guilli* sancte *Rhomane* Ecclesie Vicecancellarii & Notarii Domini Pape. IIII. Kalend. Julii, Indictione XI, Incarn. Dominice anno MCCXXXVIII. Pontificatus vero Domini Gregorii Pape noni anno duodecimo.

CXX.

Landgraf Hermann der jüngere bestätigt dem Kloster Aulesburg die von seinem Oheim geschehene Schenkung des Zehenten in Wetter. d. 1. Jul. 1238.

Hermannus Dei gratia *junior Lantgravius*, filius sancte Elyzabet. Dilectis in Christo Abbati & Conventui de *Aulesburg* Cystercienfis ordinis salutem in auctore salutis. Sicut terreue dignitatis heredes, ita quoque mercedis perpetue, cupientes esse participes, peticionem venerabilis *patrui nostri H. Thuringie Lantgravii* pro vobis audivimus, videlicet pro decima in *Wettere*, quam pro nobis & nostrorum parentum remedio vobis ipse donavit. Quo circa, sicut rite donatam accepistis ab eodem, nos presentium auctoritate vobis confirmamus eandem, ut, quemadmodum collati beneficii consortes, ita quoque gracie sequentis mereamus fieri participes.

Datum in *Conffungen*. Kal. Julii, anno gracie MCCXXXVIII.

CXXI.

Wernher V. von Boland und Philip I. von Hohenfels bestätigen dem Kloster Eberbach die ihm von ihren Eltern schon ertheilte Freiheit zu Weißenau. im Jul. 1239.

Wernherus de Bolandia & *Philippus de Hoenvels* universis Christi fidelibus presens scriptum audituris salutem in Domino. Tenore presentium recognoscimus, quod nos omnem petitionem sive aliam qualemcunque exactionem, quam parentes nostri dilectis in Christo fratribus *de Everbach* in bonis suis apud *Wizenouwe* propter Dominum remiserunt, relaxamus etiam penitus, nostram in hoc elemosinam eidem ecclesie conferentes. Unde mandamus & sub obtentu gratie nostre precipimus firmiter injungendo nostris procuratoribus universis, quatenus de bonis eisdem & de fratribus ibidem nihil audeant in perpetuum extorquere. Si vero nostris temporibus, post obitum parentum nostrorum, aliqua eis bona in elemosinam sunt collata, vel forsitan comparata, inde nobis eandem justitiam faciant, quam illi collatores seu venditores facere consueverunt. In evidentiam hujus rei paginam hanc nostris sigillis duximus muniendam.

Datum anno Domini MCCXXXIX., mense Julio.

CXXII.

Burckard, Burggraf von Magdeburg, bezeugt eine dem Kloster Haina von Graf Friedrich von Wildungen geschehene Schenkung.

1240.

Burkardus *Magdeburgensis* curiæ *Burggravius* & *Sophia* Burggravia. Omnibus ad quos hoc scriptum pervenerit salutem & plenitudinem totius boni. Significamus omnibus hanc paginam inspecturis, quod Comes *Fridericus de Wildungben*, & domina *Lucardis uxor ejusdem*, & *Ludewicus* Comes per consensum heredum suorum hec bona ecclesie in *Aulesburg* contulerit, bona in *Hertoldeshausen*, in villa - *Sasenhusen* cum hominibus, & bona in *Mutslar*. Et ne quis ausu temerario hoc factum irritare præsumat, hoc scripto, sigillorum nostrorum appensione signato, ecclesiam in Aulesburch communivimus.

CXXIII.

Graf Gottfried von Reichenbach sagt dem Kloster Haina vorläufig seine Einwilligung zu jeder Art von Gütherererwerb zu, der seiner Bestätigung bedürfte. *

1241.

Godefridus Dei gratia Comes dictus de *Richenbach*. Si ad locum, unde exeunt, flumina revertuntur, cur cum affectu pietatis pro gratiarum actione non inclinemur omnium bonorum largitori, a quo accepimus quod sumus, quod vivimus, & que possidemus. Noverit igitur omnium intuentium discretio, quod pro honore ac reverentia gloriose dei genitricis & virginis Marie Ecclesiam in *Hegene* modis, quibus possumus, promovere cupientes: Si Dominus Abbas & Conventus predicte domus,

* Eben dieser Graf Gottfried von Reichenbach stellt im J. 1237. eine in Gudeni Cod. Dipl. T. I. p 543 abgedrukte Urkunde aus, worin er, nach der Gudenischen Lesart, unter andern bekennen soll, quod nos *Domino nostro* (dem Erzb. Siegfried von Mainz) *Castrum* Cygenhagen, & omnia eidem Domui attinentia, resignavimus simpliciter — ab ipso & Successoribus suis jure proprietario perpetuo possidenda; es ist aber diese Lesart falsch, es heißt vielmehr, quod nos *domum nostram in Castro* Cygenhagen &c. Man sieht wohl, der Unterschied ist sehr bedeutend, und überhebt den Geschichtforscher der unauflöslichen Frage, nicht nur, wie es gekommen, daß sich Graf Gottfried seines Stammschlosses auf einmal habe entäussern wollen, sondern noch weit mehr, wie er dieses für sich allein, und ohne die Einwilligung seiner Seitenverwandten, habe thun können, mit denen er darin in Gemeinschaft saße?

mus homines, possessiones, decimas, aut alia bona, quocunque jure nobis pertinentia, comparare potuerint; largi consensus nostri plenitudinem non derogamus eisdem. Preterea si majores aut mediocres bona, que a nobis titulo feodi possident, seu nostri ministeriales, proprietates ac ceteras possessiones, secundum usum ordinemque conditionis humane ad nos ratione dominii spectantes, predicte Ecclesie vendere aut pro remedio animarum suarum Domino inspirante tradere decreverint, non solum gaudemus, sed & gaudebimus, scripto & voluntario favore factum ipsum, quantum ad nos pertinere decernitur, sine ullo contradictionis scrupulo confirmaturi. Hec autem favente Domino implere desiderantes, & corde fideliter intendimus, ac scripti ac sigilli nostri impressione indefesse protestamur.

Acta sunt hec anno gratie MCCXLI. Hujus rei testes sunt *Gyntherus* Plebanus de *Treyse*, *Heinricus* de *Utbershusen*, *Ekehardus Zuefleis* (Saufleisch), *Hermannus* de *Velsperg* & frater suus *Wernherus*, *Hermannus Meisenbug*, *Hermannus* de *Ringershusen* & *Hermannus* de *Wolfershusen*, *Hermannus* de *Holzhusen*, *Teimo* de *Scussene*, *Theodericus* de *Elbene*, *Herdeinus Holzsug* milites, *Ludewicus Slegerein* & frater suus.

CXXIV.

Die Grafen Gottfried und Berthold von Ziegenhain willigen in eine Schenkung Graf Gozmars, ihres Vaters Bruders, an das Kloster Aulesburg.

1241.

Godofridus & *Bertoldus fratres* Comites de *Cygenhagen* universis ad quod presens pagina pervenerit. Frustra ad memoriam reducitur sequencium, quod ex precedentibus non acceperit probationis argumentum. Hinc est quod autentico presenti volumus innotescere, quod ecclesia de *Auleberg* ordinis Cysterciensis quosdam homines & bona quedam a *patruo nostro Comite Gozmaro* titulo donationis accepit, quam tamen donationem idem patruus noster firmam atque perpetuam sine nostro consensu conferre non potuit. Nos igitur ejusdem ecclesie profectui semper & merito congaudentes & prefate donationis cupientes fieri participes, quicquid eadem ecclesia accepit in dono, sicut prescriptum est, presenti confirmamus & roboramus autentico. Preterea huic confirmationi adjungimus predium in *Sindelasfalt*, videlicet quicquid Theodoricus, quondam ibidem noster ministerialis, pro remedio anime sue ecclesie prefate contulit, eodem privilegio de nostro consensu & auctoritate nostra defendi debeat & possit. Ne igitur aliquis in posterum hoc memorabile factum possit infringere, presentem Kartam sigillis nostris & testibus idoneis decrevimus communire.

Actum anno gracie MCCXLI. Hujus rei testes sunt Dominus *Ekebardus* de *Ammeneburg* Decanus, *Ekebardus* dictus *Kappelin*, *Cunradus* de *Mumenberg*, duo fratres *Cunradus* & *Bruno* de *Winterscheith*, *Wideroldus* qui dicitur *Lenfrit*, *Cunradus* de *Marburg* omnes Milites, & alii quam plures, qui prefatam donacionem audiverunt. *

CXXV.

Luckard von Isenburg bezeugt eine von ihrem verstorbenen Gemahl Graf Henrich von Hanau, und ihr, an das Kloster Eberbach geschehene Schenkung in Wachenbuchen.

1 2 4 3.

In nomine Domini. Ego *Lutgardis de Isinburch relicta Henrici* viri nobilis bone memorie de *Hagenowe* notum fatio omnibus tam presentibus quam futuris, quod dictus Henricus de Hagenowe maritus meus & ego pari manu sub proprietatis titulo agros illos in *Wagbenbuche* sitos, exceptis curtibus, quibus attinere videbantur, & exceptis vineis, *Everbacensi* ecclesie libere contulimus & ratum habemus, & ipsos agros apud Robertum militem, cui impignorati fuerant, pro XX. marcis prefata ecclesia Everbacensis expedivit. Ne igitur hoc factum ab aliquo successore valeat in posterum irritari, feci meo sigillo in evidentiam geste rei presentem paginam confirmari.

Actum anno domini MCCXL. *tertio.* **

CXXVI.

* Im J. 1242. den 8. Jun. verkauft Burckard Probst zu Fritslar — ein gebohrner Graf von Ziegenhain — dem Kloster Arnsburg, um 10 Mark Kölnischer Münze, den Theil des Hofs zu Geroldeshagen, der ihm aus Väterlicher Erbschaft zugefallen.

** Das Siegel ist in Ansehung der Stellung des Pferdes von dem oben Beil. CXVI. beschriebenen, und dem Beil. CXXVI. anhangenden, sehr verschieden. In den beiden leztern geht das Pferd einen ruhigen Schritt, und hebt nur den rechten Vorderfuß in die Höhe; hier aber bäumt es sich mit den Vorderfüssen in die Höhe. Schon daraus ist wahrscheinlich, daß die reutende Figur männlich, und nicht weiblich ist, obgleich das gelbe Wachs schon so zerdrükt ist, daß sich wenig von ihr erkennen läßt; sie führt aber auch ausserdem in der rechten Hand einen Schild, in der linken eine Fahne, völlig auf die nemliche Art, wie die beiden andern erwähnten Siegel. Elisabeth siegelte also ohne Zweifel mit dem Siegel ihres verstorbenen Gemahls. Die Umschrift ist, bis auf das Wort Hagenowe, abgebrochen.

CXXVI.

Reinhard von Hanau bestätigt die von seinem verstorbenen Oheim Henrich und dessen Gemahlin Luckard an das Kloster Eberbach geschehene Schenkung in Wachenbuchen.

1243.

Reinbardus dictus de *Hagenowe* omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Protestor tenore presentium, quod felicis recordationis *Heinricus*, vir nobilis, *patruus meus* de *Hagenowe* curiam & omnia bona sua in *Waggbenbuche* sita, que quidam dictus *Reso* hactenus coluit, pari manu Domine *Lugardis uxoris sue* monasterio *Eberbacensi* sub proprietatis titulo contulit, solis exceptis vineis, & hec bona pro XX Marcis apud *Robertum* militem de *Hoenstatt* impignorata redemit monasterium ante dictum. Igitur hanc donationem rite factam gratam habeo & acceptam, & quicquid etiam mihi posset in eisdem bonis competere, predicto monasterio integre confero & resigno. In evidentiam itaque hujus rei, ne in posterum hoc valeat irritari, feci meo sigillo presentem paginam confirmari.

Actum anno Domini MCCXLIII. *

CXXVII.

* In eben dem J. 1243. den 20. März bekennt *Widekindus de novo Castro*, daß er, seine Hausfrau Osanna, und ihr Sohn Volckwin, auf Rath und Vermittlung unten benannter, namentlich seines (Widekinds) Bruders Ludwigs, allen seinen an das Kloster Haina gemachten Ansprüchen wegen dem Hof zu Westheym, der Güther zu Seimbach, wegen Alberts von Dainrode, und der Zehenden zu Nerphe und Werter, auf immer entsagt, mit dem Anhang, daß sein noch minderjähriger Sohn Widekind nicht eher zu einigem Erbtheil kommen solle, bis er diesen Verzicht auch von seiner Seite genehmigt. — Erwähnte Vermittler Godefridus Dei gratia dictus Abbas de Herswidehusen, Frater Ludovicus vocatus de novo Castro (er war also Mönch in genanntem Kloster), Frater Volkmarus de Melriche & Conradus miles de Elbene stellen darauf unter nemlichem Datum einen Revers darüber aus. Im J. 1246. giebt Widekindus de novo Castro Canonicus Halberstadensis seine Einwilligung in die von seinem Vater sel., mit Einwilligung seiner Hausfrau und Kinder, an das Kloster Haina geschehene Uebergabe und Verkauf des Zehenten zu Werter.

In eben dem J. 1243. bekennet: *Wernerus* Dei gratia Prepositus & minister humilis, totusque Conventus in *Wereberc* — quod *Arnoldus* de *Qwekburne* curiam in eadem villa & XV. jugera & prata eidem curie attinentia — ecclesie nostre contulit &c. Testes hujus ordinationis sunt O. de *Uffleiden*, M. *Cnibo* frater suus, G. *Folbertus* de *Lindenstrud*, *Guntramus*, *Heinricus de Saffen*, Arnoldus, Scabini; Conradus Institor, Arnoldus de Horbach.

CXXVII.

Erzbischof Siffried von Mainz nimmt den Grafen Adolph von Dassel, mit seinen Söhnen Ludolph und Adolph, zu Burgmännern in Gieselwerder auf.

d. 12. Jun. 1244.

Sifridus dei gracia sancte *Maguntine* Sedis Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus recognoscimus tenore presencium publice profitentes, quod nos spectabilem virum *Adolfum* Comitem de *Dassel*, *Ludolfum* & *Adolfum* filios ipsius, in nostros & Ecclesie Maguntine Castrenses castri nostri *Wirde* recepimus & recipimus per presentes, ita videlicet quod nos centum quinquaginta marcas denariorum Coloniensium, tribus Hallensibus pro denario computatis, dare & assignare debemus eisdem post festum nativitatis Domini ad annum septuaginta quinque, & deinde in festo nativitatis Domini immediate sequenti alias septuaginta quinque integraliter exsolvendo, quibus persolutis & assignatis eisdem ipsi Comites septem marcarum redditus pagamenti predicti in bonis ipsorum jure proprietatis ad ipsos spectantibus, predicto etiam Castro nostro vicinis, fraude & dolo prorsus exclusis demonstrare, declarare & nobis vel nostris Officiatis designare debebunt, ex tunc in antea pro se & suis heredibus in feudum castrense tenendos & possidendos ab ipsis & suis heredibus universis a nobis & Ecclesia Maguntina. Debent insuper Comites antedicti aut eorum heredes nobis & Ecclesie nostre Maguntine predicte servire fideliter contra quoscunque & assistere, excepto tamen *Lantgravio Hassie*, qui pro tempore fuerit, nec non Abbate *Fuldensi* & in *Hirsfelde*, qui pro tempore fuerint electi, & Ecclesiam nostram predictam, nostros quoque Successores contra quoscunque alios, cujuscunque dignitatis, status, seu conditionis existant, cum sex armatis bene expeditis super hoc requisiti juvabunt, ad tempora vite nostre & eorum, nostris tamen sub expensis & periculo. Item Comites memorati & sui heredes in custodia, municione, defensione dicti Castri ea nobis servitia facere tenentur & prestare, que alii castrenses nobiles de consimili feodo prestare hactenus & facere consueverunt. Nos e contra ipsos, tanquam nostros castrenses, in juribus suis fovebimus & promovebimus, quamdiu jure contenti stare & justitiam facere voluerint, fraude & dolo penitus & ubique exclusis. Et in omnium evidentiam premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum apud *Insulam*, que vulgariter dicitur *Wirde*. Anno incarnationis dominice MCCXLIIII. secundo Id. Junii.

CXXVIII.

CXXVIII.

Widekind von Neuenberg oder Naumburg wird Mainzischer Burgmann in Battenberg.

d. 1. Jul. 1244.

Ego *Widekindus* de *Nuemberg* recognosco, quod Dominus meus S. Archiepiscopus Magunt. assumens me in castrensem suum in *Battemberg* repromisit, se mihi daturum nomine castrensis feudi quinque libras denariorum certis temporibus — & ponam ibi pro me certum castrensem in armis militaribus continuo expeditum, qui in loco personaliter residebit, & si gwerrarum inciderit necessitas manifesta, ego ipsemet residebo, donec eadem necessitas conquiescat; alias etiam ero sibi, prout castrensis tenetur, obsequiosus per omnia & fidelis, & ipse versa vice mihi, sicut castrensi suo, existet propitius & benignus.

Datum *Fritzlar* Kal. Julii anno dominicæ incarnationis *millesimo ducentesimo quadragesimo quarto*.

CXXIX.

Konrad Herr zu Breuberg willigt, gleich seinem Vater und Bruder, in eine von Henrich Scobelin dem Kloster Haina gemachte Schenkung in Buchen.

1245.

Conradus dictus *Reiz* de *Bruberg* universis presentem paginam inspecturis. Cum *Heinricus* miles dictus *Scobelin* universam proprietatem suam in *Buchen*, cum consensu *patris* & *fratris* mei *Everhardi*, pro remedio anime sue, una cum uxore sua, Ecclesiæ de *Aulesburg* Cisterc. ordinis delegarit, & ad cautelam habundantem nostra simul ratihabitio requiratur: Nos tenore presentium profitemur, quod quicquid ad jurisdictionem meam in bonis hujusmodi pertinet ratione militis jam prefati, dedimus Cenobio supradicto, ratam habentes donationem memorati militis, & presenti privilegio confirmantes.

Datum anno gratie MCCXLV. Verum *quia sigillum proprium non habemus*, sigillo *fratris nostri* duximus roborandum.

CXXX.

Graf Gottfried von Arnsberg beurkundet, daß sich Wilhelm von Dievelt von Seiten seiner Gemahlin Jutta, gebohrnen Gräfin v. Reichenbach, aller Ansprüche an das Kloster Haina verziehen.

d. 21. Mai 1245.

Godefridus Comes de *Arnesberg* * universis ad quos presens pagina pervenerit salutem. Quum dies mali sunt & vix invenitur qui murum defensionis pro fovenda pauperum innocentia se opponat, cautum videtur, ne penitus intereant, ut pacem si - - - redimant & acquirant. Igitur *Wilhelmo* de *Dievelt* ratione uxoris sue Domine *Jutte* dicte de *Richenbach* Ecclesiam de *Hegenehe* Cysterciensis ordinis super universis bonis, que a Comite *Heinrico* ejusdem monasterii fundatores, patre Domine J. vel a filio suo Comite *Godefrido* titulo dotis, testamenti aut emptoris, vel a Ministerialibus eorum perceperant, impetente, proborum virorum mediante consilio ea per arbitrium taliter est decisa, quod W. prefatus, una cum uxore sua & pueris suis omnibus, renuntient toti juri quod sibi in bonis hujusmodi vendicabant, conventu jam dicto summam ipsis quandam pecunie, que inter ipsos statuta fuerat, persolvente.

Anno gratie MCCXLV. Dominica vocem jucunditatis, in presentia civium & castellanorum in *Eversberg* **, & abrenunciatio facta & pecunia penitus est soluta, & ut res acta robur habeat & monumentum sigillum nostrum duximus appendendum & nomina virorum qui aderant inserenda. Albertus, Giselerus, Gernandus, Hermannus Sacerdotes; Wescelus, Wernerus, Conradus, Amelongus Milites; Suicherus, Hartradus, Herbordus, Albertus, Olricus, Sifridus, Tidericus, Winandus & alii quam plures.

CXXXI.

Erzb. Siffried von Mainz giebt den ihm vom Ritter Gerlach von Albendorf aufgelassenen Zehenten in Rode an das Kloster Aulesburg.

1245.

Sifridus dei gratia sancte *Maguntine* Sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius. Universis ad quos presens pagina pervenerit. Que geruntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, poni solent in lingua testium & scripture memoria perhennari. Hinc est quod

* aus dem Geschlecht der Grafen von Arnsberg, im Herzogthum Westphalen.

** Eversberg an der Rhur, im Herzogthum Westphalen.

quod nos tam presentibus quam posteris tenore presentium declaramus, quod recepta a *Gerlaco* milite de *Aldendorph* decima in *Rode*, quam a nobis jure tenuit feudali, pro petitione sua supplici donavimus ecclesie in *Aulesburg* Cysterc. ordinis Maguntine dioc. jure proprietatis in perpetuum possidendam, Gerlaco dicto proprietatem suam, scilicet tertiam partem ville *Gerwigeshagen* nobis in restaurum prefate decime taliter assignante, quod eodem jure quo decimam habuerat bona eadem possideret. Ne igitur memoratum scenobium a nostris successoribus vel prefati militis heredibus processu temporis contradictionis molestiam sentiat vel gravamen, nos presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam, testium nomina, qui, cum hec fierent, aderant, inserendo.

Acta sunt igitur hec in *Ameneburg*, anno Domini MCCXLV. pontificatus nostri anno XV. his presentibus: *Cunrado* majoris ecclesie Maguntine Decano, Magistro *Ludovico* suo Concanonico, *Ekehardo* Decano de Ameneburg, *Ekehardo de Habisfelt*, *Craftone de Sueinesberg*, *Wider oldo & Eberwino de Aba*, aliisque nostris quampluribus Castellanis.

CXXXII.

Reinhards von Hanau Zeugnis wegen einiger von dem Kloster Eberbach an seine Unterthanen in Wachenbuchen gegen einen Erbzins ausgeliehener Güther.

1245.

Ego *Reinhardus de Hagenowe* & *Adelheidis* uxor mea devota tenore presentium publice profitemur, quod Ecclesia *Eberbacensis* octo mansos in *Wachenbuchen* sitos, & sedecim jugera pratorum, quos progenitores nostri eidem ecclesie pro Deo contulerunt, non ex jure aliquo sed dilectionis causa, quibusdam hominibus nostris in eadem villa residentibus pro pensione tali quam apud extraneos habere poterint, ad nostram petitionem concessit, hac tamen condicione adjecta, ut ad duos colonos tantum debite pensionis respectum habeat ecclesia memorata, qui cautionem de solvenda pensione prestare potuerint sufficientem. Ad cujus securitatem presens scriptum sepedicte ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratum, cum eorum testimonio, quorum nomina sunt subscripta, *Marquardi* de *Buchen*, *Wolframi* de *Ossenkeim*, *Marcolfi* de *Hulshouen*, *Ruperti* de *Hoenstat*, Militibus, & Notarii Heinrici, nec non & fratris Symonis procuratoris ecclesie Eberbacensis, & fratris Heinrici Magistri de Bideren.

Actum anno domini *millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.* *

CXXXIII.

* An dem Siegel ist zwar der Kopf und etwas vom Hintertheil des Pferdes abgebrochen, auch von der Umschrift nur noch die drei ersten Buchstaben von Reinhards Namen übrig: aber der Reuter selbst ist doch unverletzt, und kommt vollkommen mit dem oben Beil. CXVI. beschriebenen überein.

CXXXIII.

Der Römische König Konrad bestätigt dem Konrad und Widekind Herrn zu Merenberg die Vogtei in Wezlar, und die Gerichtsbarkeit im Hüttenberg.

d. 6. Mai 1246.

C*onradus* Domini Augusti Imperatoris *Friderici* filius dei gracia Romanorum in Regem electus semper Augustus & heres Regni Jerusalem. Per presens scriptum ad modernorum & futurorum notitiam cupimus pervenire, quod nos *C.* & *W.* de *Merinberg* dilectis fidelibus nostris, qui per patentes suas literas se nostre celsitudini astrinxerunt, quod in serenissimi Cesaris Domini patris nostri & nostris serviciis auxilio & consilio perpetuo debeant permanere, jus advocacie in *Wetphlaria* & jurisdictionem in *Hittenberg*, prout hec ab imperiali gracia progenitores eorum antiquitus possiderunt, recognovimus, & auctoritate prefati Cesaris Domini patris nostri & nostra cenceffimus possidenda, ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillo nostre celsitudinis communitum.

Datum apud *Esselingen* anno dominice incarnationis millesimo CCLX *sexto*, mense Maji, quarte Ind.

CXXXIV.

Pabst Innocentius verwilligt dem Abt von Helmershausen mancherlei Vorzüge.

d. 20. Jun. 1246.

I*nnocentius* Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Archiepiscopo *Moguntinensi* salutem & Apostolicam benedictionem. Dignum te inter cæteros Ecclesiarum Prelatos Apostolicæ Sedis gratia reputantes, tuis supplicationibus inclinati fraternitati tuæ concedendum. Dilecto filio Abbati in *Helmwardeshusen* Ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis Diocesis, annuli, cyrothecarum, sandaliorum, Dalmaticæ, ac tunicæ usum, nec non benedicendi Pallas altarium tribuimus authoritatem, præsentium potestate.

Datum *Lugduni* XII. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno *quarto*.

CXXXV.

Konrad und Widekind von Merenberg bezeugen einen Verzicht auf den Hof zu Breidenfels, zum Besten des Klosters Hachborn. den 8. Febr. 1247.

Conradus & *Widekinus* fratres de *Merenberch* universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis notum esse volumus, quod ad instantiam *Jutte* Magistre & conventus de *Havekeborne*, Baldemarus, Rilridus, Lemfridus, Conradus, Giselbertus, Ermengardis, Hadewigis & Pache omni juri suo, quod habebant & habere videbantur in *Curti de Breidevelt*, renunciaverunt liberaliter & absolute. In cujus rei testimonium nos utriusque partis precibus inclinati presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum.

Acta sunt hec apud *Merenberch* his presentibus & in testimonium deputatis, videlicet *Lodowico* de *Salsbude*, *Henrico Martino*, *Henrico* de *Adsbach*, *Damme* de *Bukesecke*, *Lodowico* de *Elsasse*, mense Novembri; Insuper apud Wetslariam dicte renunciationis facta est iteratio, his presentibus scilicet *Giselberto* Decano ecclesie Wetslariensis, *Crabt* de *Rudenhusen*, *Everwino* de *Garvenbeim*, *Wetzelone* de *Garvenbeim*, *Damaro* Militibus; Ricolso, Lodowico Scabinis Wetslariensibus, & aliis quam pluribus. Anno Domini MCCXLVII. VI. Idus Februarii.

CXXXVI.

Benannte Dynasten v. Plesse stiften das Cisterzienser Nonnenkloster Höckelheim. 1247.

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Ludolfus*, *Godescalkus*, *Poppo* nobiles de *Plesse*, nec non & *uxores* & *pueri* ipsorum, universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in perpetuum. Quoniam ea, que aguntur in tempore, cum lapsu temporis elabuntur, necesse est imbecillitati humane memorie scripti beneficio subvenire. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos saluti animarum nostrarum salubriter providentes de concordi heredum & coheredum nostrorum consensu, liberaliter ac libere contulimus Abbatisse *Adelae* ejusque Conventui ordinis Cistersiensis, quondam in *Uorenberch* constitutis, fundum & proprietatem Ecclesie in *Hokelhem* cum omnibus suis attinentiis tam in agris quam in paschuis, & in siluis, cum omni jure, quod nobis in eadem Ecclesia & ejus possessionibus ratione temporalis dominii competebat, hac siquidem adjecta conditione, ut ad nullius Principis dominium, preter ad nostrum, se transferre valeant, ibique in honore Domini nostri Jhesu Christi & beate Marie Virginis, sanctique Petri Apostoli beatique Dyonisii, Nicolai confessor. Monasterium monialium ejusdem ordinis construatur. Ad cujus promotionem tam

tam nos, quam heredes nostros perpetuo volumus esse obligatos, nichil ob hoc nobis vel heredibus nostris temporalis jurisdictionis in eodem monasterio vendicantes; hoc solo excepto, quod nos & progenitores nostri, nec non & heredes pro tempore succedentes, tam vivi quam defuncti, plenam & perpetuam firmitatem ibidem in spiritualibus consequamur. Ut autem hæc ipsa donatio, que de pietatis fonte processit, perpetuam apud posteros obtineat firmitatem, presentem paginam inde conscriptam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam, imprecantes divine ultionis judicium omnibus, qui ausu temerario presumpserint contraire.

Acta sunt hoc anno gratie MCCXLVII. Indictione V. tempore Domini *Innocentii* Pape quarti, Romano imperio inter *Fridericum* quondam Imperatorem, & Regem *Henricum* quondam *Thuringie Lantgravium* in scismate constituto, mortis ejusdem Regis anno primo, nobili Domino Archiepiscopo *Sifrido* Ecclesie Moguntinensis. Hujus rei testes sunt:

Abbas *Themaro* de *Remehusen*.
Abbas *Everhardus* de *Northem*.
Prepositus *Otto* de *Wenethe*.
Johannes plebanus in *Plesse*.
Volcwinus plebanus de *Hildesse*.
Vicecancell. de *Rusteberch*.
Hermannus, *Bernhardus* milites de *Hardenberch*.
Henricus, *Guntherus* nobiles de *Boventun*.
& ceteri quamplures, qui presenti Kartula nequeunt comprehendi.

CXXXVII.

Eberhard Herr von Breuberg bestätigt eine von Gerlach Herrn von Büdingen, seinem verstorbenen Schwiegervater, dem Kloster Haina geschehene Schenkung in Seckbach.

1247.

Nos *Eberhardus* de *Bruberge* universis hanc literam visuris salutem in Domino. Noveritis quod *Socer* noster Dominus *G.* beate memorie de *Budingen* quasdam vineas sitas in *Seckebach* contulit Ecclesie in *Hegbenehe* ordinis Cisterc. sub quodam censu annuo, quem usque ad presens tempus de eisdem bonis persolverunt, quam donacionem ratam habemus cum nostris heredibus, adjicientes, quod nemini quicquam in eisdem bonis fecimus, nec facere proponimus, quod sepedicte Ecclesie possit cedere in prejudicium & gravamen. In hujus rei evidentiam presentem cedulam nostri sigilli munimine duximus roborandam.

CXXXVIII.

CXXXVIII.

Konrad und Widekind, Herren zu Merenberg, verziehen gegen das Kloster Arnsburg auf ihre Ansprüche an Güther in Holzheim.

d. 9. Jul. 1247.

Cunradus & *Wetekendus* fratres Domini de *Merenberg*, universis Christi fidelibus has litteras audituris salutem in Domino. Tenore præsentium recognoscimus, quod nos monasterio in *Arnesburg* movimus questionem super bonis in *Holtzheim* sitis, que progenitores nostri & eorum heredes eidem monasterio vendiderunt, vel - - contulerunt. Tandem rem composuimus in hunc modum quod a fratribus ipsius monasterii decem marcas recepimus, & renunciavimus sollempniter omni que . . . . & omni juri nostro quod ratione bonorum illorum, sive alia quacunque de causa, vel habuimus vel habere potuimus usque in diem illum contra monasterium supradictum, & hoc fecimus nos singuli communicata manu *uxorum* nostrarum tam pro nobis quam pro nostris *filiis* & successoribus universis. Testes hujus rei sunt *Marquardus* Comes de *Solmensen*, *Gieselbertus* de *Eschebnrne*, *Dagemarus* de *Wetslaria*, *Sifridus* de *Hattenrode*, *Sifridus* de *Blosbach*, *Ludewicus* de *Elsassen*, *Siboldus* de *Linde*, milites. *Wernerus* Plebanus de Wetslaria, *Wilhelmus* Abbas, *Wernerus* Prior, *Hartmannus* Cellarius, *Hermannus* Portarius, Monachi. Ludewicus de Wetslaria, Cunradus sutor conversi in Arnesburg. Ludewicus Scultetus Wetslariensis, Rudolphus filius Gerberti, Wigandus sub tuguriis, Ricolphus de Bragt Scabini Wetslarienses, & alii quam plures. In evidentiam geste rei sigillis tam nostris quam Civitatis Wetslariensis fecimus presentem paginam confirmari.

Actum anno domini MCCXLVI. proxima secunda feria ante festum sancte Margarete Virginis VII. Idus Julii.

CXXXIX.

Weisthum über die Vogtei Wetter, und Nachricht von der Folge der dortigen Stiftsvögte.

I.

d. 24. Sept. 1239.

Hi sunt articuli, quos dictavit communitas & Scabini in *Wettera*. Item quicunque extraneus accedens ad oppidum in Wettera vult habere communionem, que volgariter *Almeinde* dicitur, dabit Advocato XX. den. leves, & communitati XX denar. leves. Item nemo debet facere Einunge sine consilio Advocati. Item de *Achtwort* dicimus & pronunciamus, quod nemo debet pascere sive immit-

immittere pecora in forestum, quod dicitur *Achtewort*, sine prescitu Advocati & Sculteti. Item de judicio Advocati. Item Advocatus habet sedere tria judicia cum baculo, ut est juris, & homines qui pertinent ad istum (istud) judicium debent manifestare jura sua & nostra, & qui remanserit extra judicium, habet Advocatus ipsum punire. Item de judicio capitali. Item quicunque in terminis opidi & intra occiderit civem aut extraneum, septima manu jurabit de innocentia sua, quodsi non fecerit, ex tunc vadiabit sculteto XXX. libr. den. quodsi non fecerit, exterminabitur. Item de forefacto. Item quicunque forefactum diurnum, vadiabit LX. den. quicunque nocturnum, II. libr. den. vadiabit sculteto. Item de culpa minore. Item dicimus & pronunciamus, quod qui habet culpam minorem, que *Voirsatze* dicitur, vadiabit XX. den. Item de judicio census. Item Dnus noster habet unum judicium census, ad quod omnes debent venire ad vocem preconis, & qui reliquerit censum suum ad occasum solis, Advocatus debet tollere pignus suum, & qui reliquerit ad crastinum, habet jus ipsum punire. Item de treuga & pace. Item feria quinta & sexta usque ad occasum solis in dominica nemo debet incursare personam vel bona ipsius propter rancorem animi sui, quod volgariter dicitur *fryhe moet*, & qui taliter incursaverit, exlex erit & infamis, quod dicitur *Evelois & Rechtlois*. Item de homicidio in impetu. Item quicunque fecerit homicidium per impetum animi sui, *baste moed*, vadiabit sculteto II. libr. den. & satisfaciet propinguis pro anima occisi. Item de Wapele. Item quicunque impigerit concivem suum in Wapele, dabit judici XXX. den. & exterminabitur ad annum & diem. Item dicimus & pronunciamus quod Dominus noster habet statuere & destituere judicium in Advocato, Sculteto, & XIV. Scabinis, & debet facere Einungam in opido & villis adjicientibus, de agris, pratis, pascuis, sylvis & via communi. Item de omni judicio capitali & advocatia. Hi sunt termini Wibbilde: ab Oriente a palude que dicitur *langteig* usque ad arborem in confinio molendini. Item ab ea ad arborem Cruneich. Item ad verticem fossati Werckegruben. Item ad arborem Salgrun. Item ad longum fossatum & deorsum usque ad arborem in agro Iudiinden. Item deinde ad ortum qui dicitur gruntsant. Item ad declivum pratorum versus *Gebicheborse*. Item descendendo ad molendinum Ortonis. Item ad paludem in strata *Langwerder*. Item deinde ad arborem juxta *Woldeborne*. Item ad veterem crucem juxta stratam *Logena*. Item rursus ad paludem antedictam Langteiche. Item de articulis Institorum, qui *Innige* vocantur. Item quicunque vult exercere mercaturam sive meccanicam, debet acquirere a sculteto & consulibus, & dabit quilibet pistor IIII. solid., pellifex III. solid., sutor III. solid., carnifex IIII. solid., cerdo IIII. solid., sartor III. solid., cramerar. IIII. solid. & unum talentum piperis. Item dicimus & pronunciamus, si incenditur alicubi, quod absit, in quocunque quartale civitatis, domus proxima destrui debet, & si incendium non transierit, domum destructam ipsam Dominus persolvet. Item de proscriptis intrantibus civitatem. Item quicunque proscriptus in civitate intraverit civitatem absque prelocuto, vel quicunque ipsum receperit, seu hospitaverit, sciens ipsum esse proscriptum, reus erit cum proscripto. Item de

debitis.

debitis. Item si aliquis civis movet alteri questionem super debitis, si reus fatetur debitum, solvet intra XIV. dies, si non, vadiabit judici I. solid. Item de questione coram judicio Advocati. Item dicimus & pronunciamus, si aliquis ponit questionem coram judicio contra aliquem de bonis mobilibus, & offert probacionem, nec potest probare, vadiabit unam marcam Advocato pro defectu. Item nemo debet assumere secum invasores ad invadendam domum alicujus sub pena II. libr. aut corporis. Item quicunque vult incedere cum gladio, aut aliter, quod vulgariter vocatur *Wapende*, debet illud facere cum judicio Sculteti & Consulum, & non aliter; secus qui fecerit, vadiabit II. solid. Item pena pro oblocutione inhonesta vadiabitur Advocato & non Sculteto.

Acta sunt hec *in Cimiterio apud Wettera*, VIII. Kal. Octobr. Anno Domini MCCXXXIX.

II.

d. 11. Nov. 1247.

Lutrudis Dei gracia Abbatissa in *Wetter* cum universitate conventus ejusdem ecclesie omnibus presens scriptum intuentibus utriusque vite salutem. Ad noticiam omnium pervenire volumus ea, que a predecessoribus nostris vere cognovimus, scilicet quod a prima fundacione nostre Ecclesie venerabiles patres Archiepiscopi, qui pro tempore Ecclesie *Maguntine* presuerunt, *Advocatiam in Wetter* quiete possederunt, quoad usque quidam Archiepiscopus Maguntine ecclesie *Lantgravium Thuringie* eadem advocatia infeodavit, cujus heredes eam multis temporibus ab Ecclesia Maguntina tenuerunt, usque ad tempora cujusdam *Ludewici* Lantgravii, qui in transmarinis partibus decessit nec heredem masculum superstitem reliquit. * Unde Advocacia eadem Maguntine Ecclesie vacavit, quam Archiepiscopus *Conradus* nomine, qui tunc Ecclesie Maguntine presuit, Comiti *Wernero de Widekenstein* nomine suo gubernandam commisit. Postmodum idem Archiepiscopus quendam Lantgravium *Hermannum*, quia filiam fratris predicti Conradi Archiepiscopi duxerat uxorem, eadem Advocacia iterum infeodavit. Cum vero idem Lantgravius Hermannus, nec non predictus Archiepiscopus, & comes Wernherus de Widekenstein essent in partibus transmarinis, predictus Lantgravius eandem Advocaciam Comiti Wernhero de Widekensteyn pro quadam pecunie ** impignoravit, & hoc per manum dicti Archiepiscopi Conradi. Sed tempore succedente cum essent ad propria reversi, Lantgravius reddita pecunia Comiti, Advocatiam resumpsit, cujus heredes usque ad tempora nostra eam ab Ecclesia Maguntina tenuerunt. Ne igitur imposterum aliqua super his dubietas possit sub-

* Landgraf Ludwig III. oder der Milde.

** Es ist hier im Original das Wort Summa ausgelassen.

suboriri, nos presens scriptum sigillo nostro, & appensione sigilli nostre Ecclesie, nec non Decani Ecclesie nostre, roboravimus.

Datum *Wetter* Anno gratie MCCXLVII, in festo Martini. *

CXL.

Bischof H. von Würzburg trägt die von Konrad und Siffried von Heusamstamm ihm aufgesagte Lehengüther in Gebenbrun auf deren Bitte Rudolph genannt Grasloch dem jüngern von Diepurg auf. **
im Febr. 1248.

H. Dei gratia *Herbipolensis* Episcopus dilecto sibi *Rudolfo* dicto *Grasloch* juniori de *Diepurg* salutem & omne bonum. Cum nobiles viri *Conradus* & *Sifridus* fratres de *Huisenstam* bona in *Gebenbrunnen* nobis resignaverint, ad eorundem instanciam ipsa bona tibi & tuis heredibus transmittimus a nostra Ecclesia in feodo possidenda, presens scriptum tibi & tuis heredibus super hoc in testimonium concedentes.

Datum *Herbipoli* anno Domini MCCXL *octavo*, in mense Februarii. Indict. VI. Pontificatus nostri anno XX *tercio*.

CXLI.

Graf Gottfrieds von Reichenbach Sünebrief gegen das Kloster Haina.
d. 25. Nov. 1248.

Godefridus Dei gracia dictus Comes de *Richenbach* universis Christi fidelibus, quibus presens pagina oblata fuerit, salutem in eo qui est omnium vera salus. Tenore presentium litterarum pro-

* Die nemliche *Lutrudis* Dei gratia Abatissa de Wettere übergiebt im J. 1235. predium in *Bockendorff* in parochia *Grueßen* situm ab Andrea de Gosfelle clerico pro 3. marcis resignatum dem Kloster Aulesburg um 20. solidos, und tauscht von demselben ein Guth (prædium) in Aße gegen ein Guth in Adelgerrehusen ein. Im J. 1236. vergleicht sie und *Godscalcus* Decanus de *Kestenbergk* das Kloster Haina mit einem Burger zu Wetter über einige zehentbare und zu den Zehenten in Wetter und Berenthal gehörige Aecker. Im J. 1237. verwilliget ferner *Lutrudis* Abatissa de Wettere, *Irmetrudis* Preposita, *Gisila* Decana totumque ejusdem Ecclesiæ Capitulum &c. dem Kloster Haina und Aulesburg, daß es dem Stift Wetter zugestandne, aber durch Erbschaft in fremde Hände gekommene Güther, durch Uebergabe, Kauf oder Tausch an sich bringen möge, doch dem Stift in andern Fällen an seinen Rechten unschädlich, und auch diesmal nicht anders, als gegen einen gewissen jährlichen Zins.

** Vergl. oben Beil. XCIV.

protestamur & ad noticiam transferimus futurorum, quod quicquid in nos deliquerant Dominus Abbas & conventus ecclesie in Hegenehe, a vasallis nostris bona aliqua comparando, sive ministeriales sive & proprios ad suam religionem nostros homines assumendo, seu & ab eisdem quocunque modo bona aliqua conquirendo, hec omnia eis condonamus & remittimus puro corde, & proinde nec verbo nec facto malum eis unquam aliquod inferemus, & promiserunt nobis pro ecclesia supra dicta Cunradus Cellerarius, frater Huboldus & frater Degenhardus, quod in omnibus que superius dicta sunt, deinceps ipsa ecclesia conquiescet, & in talibus nos amplius non turbabit, & ad majorem evidentiam & firmitatem hujus facti Dominorum nostrorum Fritzlariensium, quorum nomina subnotantur, sigillis & nostro presentem paginam fecimus roborari.

Actum in claustro ecclesie *Fritzlariensis*, anno Domini MCCXLVIII. in die beate Katerine virginis. Presentes erant *Henricus* Decanus, *Henricus* Cantor, *Volpertus* de *Burken*, *Henricus* Custos, *Widcroldus* de *Wolfershusen*, *Cunradus* de *Boimeneburg* & *Wigandus* de *Maretorf* Canonici Fritzlarienses; *Warmundus* de *Werneswich*, *Ludewicus* de *Linsingen* & *Reinberus* Milites; *Sibodo* sacerdos, *Gumbertus* & *Hermannus* de *Jesseke* Scolares; *Trotmarus Villicus*, *Cunradus*, *Gude* & *Gumbertus* qui dicitur Sclavus, & alii quam plures feliciter Amen.

CXLII.

Die Gebrüder von Hohenfelß machen der Landgräfin Sophia ihr Schloß Hohenfels lehnbar, und entsagen allen ihren Ansprüchen auf das Grafengericht in Dautphe.

d. 29. Jul. 1249.

Nos *Conradus*, *Gumpertus*, *Ekkehardus fratres de Honvels*, *Volpertus*, *Hosekinus*, *Sifrydus Slimph*. Recognoscimus & publice protestamur, quod cum inclita Domina nostra *Sophia Lantgravia Thuringie Domina Hassie* & *quondam Ducissa Brabantie* in hunc modum concordavimus ipsius gratie reformati, *quod Honvels castrum* nostrum ipsi suisque liberis dedimus absolute, idem ab ipsa & liberis suis titulo feodali recipientes possidendum. Abrenunciavimus & omni juri quod *in Comitia Thudefe* habere dinoscebamur, promittentes ipsi suisque pueris fide data & juramento prestito contra quemlibet hominum bona fide servire & ferre nostrum auxilium & juvamen. Adjectum est insuper, quod in strata, terra, civitatibus, oppidis, villis, castris, ministerialibus, hominibus, conductu predicte Domine nostre nullum gravare debemus nec infestare. Preterea promisimus sub pena quingentarum marcarum argenti, si hec que supra dicta sunt violaverimus, quod absit, & si ministerialibus nec non castellanis totius terre & conparibus nostris visum fuerit nos emendare debere, & id temere facere contempnimus, sepe dicta domina nostra prenominata summam pecunie in Castro nostro

stro Honvels & nostra hereditate requirere debet duobus mensibus post violationem nostri promissi; si vero unus nostrum promissum infringere presumpserit, solus nichilominus premisse pene subjacebit, aliis exemptis. Ut autem hoc factum nostrum rationabile firmum maneat & inconvulsum, presentem paginam conscribi fecimus, sigillorum nobilium *Bertoldi Comitis de Cygenhagen*, *Comitum* de *Solmesse*, *Volperti Hosekini*, *Guntrami pincerne de Sweinsberc*, *Johannis* de *Ternbach* munimine roboratam. Testes hujus rei sunt nobiles *Bertoldus* Comes de *Cygenhagen*, *Sifridus* Comes de *Witegenstein*, *Guntramus* pincerna de *Sweinsberc*, *Theodoricus Lupus* de *Gudensberc*, *Milchelingus*, *Wideroldus* de *Nordekke*, *Johannes*, *Giselbertus*, *Bernhardus* milites de *Ternbach*, *Crafto* de *Sweinsberc*, *Fridericus* de *Calsmunt*, *Andreas Brundel*, *Tamo* de *Glatebach*, *Heinricus Luzzelcolbe*, & alii quam plures fide digni.

Acta sunt hec anno Domini MCCXLVIIII, IV. kal. Aug. *

CXLIII.

Siffried von Heussenstamm entsagt seinen Ansprüchen an den Gehaborner Hof.

im Jul. 1250.

In nomine domini, Amen. Ego *Siffridus* & *Elisabeht* uxor mea de *Husenstam*. Innotescere cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos de communi consilio & consensu, accedente etiam consensu *Heinrici* senioris filii nostri, & omnium liberorum nostrorum, propter beatam virginem Mariam, & in remissionem nostrorum peccaminum, renuntiavimus omni actioni, si quam habere videbamur adversus grangiam in *Gebenbrunnen*, super decimis agrorum & novalium cultorum & incultorum ibidem sitorum; ita quod claustrum de *Eberlach* & conventus, quibus jam dicta grangia omni jure pertinet, ab omni impetitione sive vexatione nostra & liberorum nostrorum nunc viventium & in antea nobis succedentium de cetero sit libera & absoluta. Speramus enim vehementer, quod

* In eben diesem J. 1249. richten Abt Henrich zu Fuld und Graf Berthold von Ziegenhain einen Vertrag zu wechselseitiger Hülfe und Beschüzung auf; der Abt will seinen Beamten und Burgmännern befehlen, dem Graf alle seine Schlösser frei zu ofnen, und ihm, gleich ihm selbst, zu gehorchen; auch soll der Graf die ihm von weil. Abt Konrad verliehenen beiden Burglehen, deren eins im neuen Hof, das andre im neuen Schloß zu Fulda gelegen ist, vom Stift zu Burglehen tragen. Zur Sicherheit sezt Graf Berthold dem Abt 100 Pf. ein, die ihm jährlich in der Vogtei zu Fulda, und den inliegenden Dörfern fallen, worin er das Vogteirecht hergebracht hat; doch vorbehältlich der Wiederlösung mit 1000 Mark Silbers. Der Abt sezt dagegen dem Graf eine gleiche jährliche Rente aus seiner Renterei zu Bingenheim und Oweha ein, die er gleichfalls mit 1000 Mark wieder lösen kann.

quod per gloriosam virginem & matrem domini ibi nobis merces recompensetur, ubi nec tynee nec erugini datur justorum gloriam demoliri. Igitur ut hec nostra concessio predicte ecclesie & conventui rata & illibata permaneat, presens scriptum nostro duximus sigillo communiri.

Acta sunt hec anno Domini MCC. quinquagesimo, Mense Julio.

CXLIV.

Vertrag Graf Bertholds von Ziegenheim und Graf Gottfrieds von Reichenbach, wodurch der erstere dem leztern auf seine Forderungen und Lehen eine Summe Geldes wiederlöslich vorschießt.

den 15. Aug. 1250.

In nomine sancte & individue trinitatis. Nos *Bertoldus Comes de Cygenhagen*, *Godefridus* Comes de *Richenbach* cunctis Christi fidelibus in perpetuum notum esse cupimus declarantes, quod nos B. consanguineo nostro Comiti G. mutuo prestamus ad spatium trium annorum octoginta marcas argenti super omnia negocia quicquid habebat in actionibus adversum nos, & super feoda ipsius universa, ita videlicet, si ipse intra hoc triennium - - - (mortuus) fuerit, nos ipsa feoda debeamus libere possidere, & si infra hos annos eadem non solverit, nobis iterum ea cedant; nos vero G. si ea infra predictum tempus solverimus, Comes B. ea nobis dabit ad solvendum, & ad nos revertantur; — nos ea de - - - feodis solvere non debemus, sive de bonis sumptis & habitis aliunde. Preterea nos G. impetrabimus, si possumus, a dominis feodalibus & ab aliis dominis nostris hoc literis suis confirmare &c.

Acta *Cygenhagen*, anno dominice incarnationis MCCL. XVIII. Kal. Septembr. Testes aderant & adesse debent adhuc: *Comes Sifridus de Widigenstein*, *Comes Widekindus frater ejus*, *Comes Wernherus*, *Comes Widekindus de novo Castro & Dominus Volquinus ejus filius*, *Guntramus Pincerna de Sueinesberg*, *Sibodo de Yttere*, *Wigandus Uratz*, *Bruno de Winterscheit*, *Heinricus* Marschalcus, *Bruno* Dapifer, *Arnoldus* de *Rukelhusen*, *Heinricus* de *Aldenberg*, - - - - frater suus. *Theodericus Setzephant*, *Heinricus* de - - - - & alii quam plures.

CXLV.

Probst Werner zu Werberg willigt in die Erbauung einer Kapelle zu Harbach, der Mutterkirche zu Sassen unbeschadet.

d. 2. Sept. 1250.

W. in nomine sancte & individue trinitatis. *Wernerus* dei gratia Prepositus & universitas monasterii ordinis sancti Augustini in *Werberg* universis Christiane professionis tam pre-

sentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem & pacem. Sane cavetur aminiculo scriptorum, ne facta presentium ledat contentio posterorum. Hinc est quod ad singulorum notitiam cupimus pervenire, quod parrochiales nostri de *Harebach* plus propter hostes & incendia repentina, quam ad Dei cultum & honorem, capellam in predicta villa, ubi se & sua conservarent, habere volentes, ad presentiam nostram Werberg intrantes accesserint &, ut propositum voluntatis sue effectui manciparetur, super causa predicta nobis precibus affectuosis & multimodis institerint. Nos igitur talem afflictionem & timorem in laudem & honorem Dei & beate virginis genitricis Dei nec non omnium sanctorum convertentes ad instantiam eorum grato concurrimus assensu tali videlicet conditione, quod ipsi capellam non in solo alieno, sed in predio ibidem monasterio nostro attinente, sine omni prejudicio ecclesie matricis, cui nomen vulgare est *Sassin*, sicut factum est, construerent & pararent. Preterea consecrationem supra dicte capelle, teste Domino *Heinrico* Episcopo, viro venerabili dicto de *Striperg* per ipsum solempniter & devote celebratam eo pacto admisimus concedendo, quod, salvo jure prefate ecclesie matricis, in qualibet septimana unicus dies, quem predicti villani sibi eligerent, in ea, cum anniversario dedicationis, absque die dominica, officio vacarent divino, persona transmissa ex parte conventus Werberg mediante. Ut autem hujusmodi concessionis contractus ratus maneat & inconvulsus, hanc paginam notari & sigillo ecclesie nostre fecimus roborari.

Acta sunt hec anno domini MCCLIV. Nonas Septembris.

CXLVI.

Die Landgräfin Sophia willigt in einen Güthenkauf des Klosters Haina.

1 2 5 0.

Nos *Sophia Lantgravia* filia beate Elyzabeth *Domina Hassie* & quondam Ducissa Brabantie. Universis hanc notulam intuentibus protestamur, quod emptionem bonorum in *Suinesa* que monachi in *Haynehe* a Gerhardo dicto Scaden, M. ipsius uxore, que nostra fuit ministerialis in *Wildungen*, eorumque pueris emerunt rationabiliter, ratam tenemus & admittimus approbando. Ne autem in hiis a quoquam infestentur in posterum, in hujus rei evidentiam nostrum sigillum presentibus est appensum.

CXLVII.

CXLVII.

Graf Otto der jüngere von Eberstein bestimmt die Mitgift seiner an Henrich den jüngern Herrn von Lichtenberg verlobten Tochter, und stellt darüber Bürgen aus.

d. 8. Jan. 1251.

Ego *Otto* junior Dominus de *Eberstein*. Notum fieri cupio universis presentibus & posteris, quibus hec litera fuerit ostensa, quod ego *Adelheidim*, dilectam filiam meam, *Henrico* nobili viro juniori de *Lichtenberc* matrimonialiter copulavi, promittentes eidem H. ad hoc matrimonium trecentas quinquaginta marcas argenti fini a die purificationis beate Marie proxime venturo ad annum me daturum. Pro eodem argento constitui dicto H. fidejussores subscriptos in solidum quemlibet ipsorum pro toto, videlicet *Eberhardum* seniorem de *Eberstein*, Prepositum Argentinensem fratres meos, *Henricum Comitem gemini pontis*, *Hermannum* juniorem de *Geroltseke*, *Wolframum* juniorem de *Flekenstein*, *Reinbotonem & Reinhardum* dominos de *Windeke*; ita quod si unus vel plures morte, quod absit, vel alio quocunque casu, in sua fidejussione defecit, pars deficientis vel deficientium super superstites revertet. Et si in predicto prenotatam pecuniam anno non persolvo, ego me personaliter apud *Wibenburg* nomine obsidis presentabo, non prius inde discessurus, donec memoratum argentum fuerit persolutum. Quod si non fecero predicti fidejussores, qui sunt fautores, ecclesie apud *Argentinam*, vel apud ecclesiam in *Hagenowe*, vel apud *Wibenburg*, se obsides, quam primum moniti fuerint, infra octo dies presentabunt non prius inde discessuri, donec sepedictum argentum sit integraliter persolutum. Ego E. senior de *Eberstein*, ego Prepositus *Argentinensis*, & ego H. Comes *gemini pontis*, & ego *Hermannus* junior de *Geroltseke*, ego *Wolframus* junior de *Flekenstein*, nos etiam *Reinboto* & *Reinhardus* Domini de *Windeke*, nos prenotata sepe dicta profitemur singulariter & universi, presentes literas etiam per sigilla nostra, que singulariter & omnia presentibus sunt appensa, in hanc fidejussionem consensisse, & ipsam ore & manu predicto H. de *Lichtenberc* promisisse; ita quod si deficeret aliquis nostrum in promissis, sive unus sive plures, idem H. pignora deficientis vel deficientium de bona voluntate ipsius vel ipsorum caperet, donec ipsum argentum integraliter fuerit persolutum. Ego quoque *Comes gemini pontis*, si personaliter obses ibidem non fuero, quatuor milites loco mei faciam presentari. In cujus rei pleniorem evidentiam presentem literam eidem H. contuli sigilli mei & sigillorum predictorum fidejussorum munimine confirmatam.

Acta sunt hec apud *Schertsheim* anno domini MCCLI. proxima dominica post Epiphaniam domini. *

CXLVIII.

* In eben dem J. 1251. bekennt Abt Werner von Hersfeld, daß er auf Bitte Graf Gottfrieds von Reichenbach die Lehen, die er von Hersfeld trägt, auf den Fall seines Todes, seinem Verwandten, dem Graf Berthold von Ziegenhain, und dessen Lehenserben, geliehen.

CXLVIII.

Graf Gottfried von Reichenbach giebt seine Einstimmung zu einem Güther-tausch Wigands von Aldengrusen und des Klosters Haina.

1252.

Godefridus *Comes de Richenbach* omnibus presentem paginam inspecturis. Notum fieri cupimus universis, quod *Wigandus* de *Aldengrusen* fecit concambium cum ecclesia de Aulesburg ordinis Cisterciensis accipiens ab ecclesia bona sita in *Gemünden*, tradensque ecclesie bona sua in *Aldengrusen* universa cum omni juris integritate perpetuo possidenda. Verum cum nos aliquid juris & contradictionis in bonis predictis in Aldengrusen sitis habere videremur, ne prefatum concambium per nos impediretur, tali modo nostre contradictioni abrenunciamus, videlicet ut eundem respectum, quem habueramus ad bona sita in Aldengrusen, deinceps habeamus ad illa bona in Gemünden, que dictus W. percepit ab ecclesia memorata, ita sane quod ecclesia in sua possessione non gravetur, quam non solum non impedire, sed & modis omnibus cupimus promovere. Et ut noster consensus evidens sit ac manifestus, presentem kartam sigilli nostri appensione roboramus.

Actum Anno gracie Millesimo CCLII. Hujus rei testes sunt, *Cunradus Crach* & *Rudolfus* frater suus, *Ludewicus Westerschile* Milites; *Bertoldus* de *Erkersdorf*, *Hartmannus Crengel*, *Fridericus* de *Kebele* & *Heinzel* de *Holzhusen*, servi. *

CXLIX.

Erzbischof Gerhard von Mainz willigt in eine Schenkung lehnbarer Güther an das Kloster Haina.

d. 12. Nov. 1253.

Nos Dei gratia sancte *Maguntinensis* sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius, dilectis in Christo Abbati & Conventui Monasterii in *Hegenehe* Cisterciensis ordinis Maguntin. dioc. salutem in Domino Ihesu Christo. Quia fideles nostri *Ludewicus* & *Ortwinus* fratres

* Berthold Graf von Ziegenhain bezeugt, daß die Brüder Rudolph und Konrad genannt Krug, Ritter (milites), und ihre Weiber Bertha und Irmgard, ihm den lehnbaren Zehenten in Winterscheid aufgesagt, und mit seiner Einwilligung an das Kloster Haina geschenkt. d. in Castro Zigenhain 1252. VIII. Cal. Maji. — Eben darüber ertheilt in eben dem J. Graf Gottfried von Reichenbach seine Einwilligung. d. Fer. III. ante nativ. Joan. Bapt. — Erwähnte Brüder genannt Krug verkaufen ferner in diesem Jahr die Dörfer Monschied und Fischbach an das Kloster Haina. d. in Castro Zigenhagen.

tres milites de *Linsingen* & *Theodericus* filius ipsius Ludewici villam eorum propriam *Aspehe* cum suis pertinentiis omnibus in manus nostras & nostre ecclesie libere resignaverunt, ipsamque villam a nobis susceperunt feodali titulo possidendam loco Advocatie ville in *Batdinhusen*, quam iidem fratres & filius Ludewici a *Bertoldo Comite de Scowenburg* & idem Comes a nobis & nostra ecclesia in feodo optinentes nobis de nostro consensu vendiderunt. Nos ipsam Advocatiam, quam predicti in nostris manibus resignarunt, a nobis & per nos vestro monasterio duximus conferendam, ita quod eam quiete & libere cum suis juribus perpetuo possidere valeatis sicut eam predicti hactenus possederunt. Nos enim villam predictam Aspehe cum suis pertinentiis universis loco ipsius Advocatie recepimus, & memorati milites & Theodericus ipsam a nobis & nostra ecclesia loco ejus in feodo obtinebunt. In cujus facti memoriam & debitam firmitatem presentes litteras nostri & Capituli Maguntini sigillorum munimine fecimus roborari.

Datum *Zelingestat* anno domini MCCLIII. II. Idus Novembr. Pontific. nostri anno secundo. *

CL.

Des Konvents zu Hersfeld Verfügung wegen Wiederaufbauung des eingegangenen Orts Friesenheim.

d. 20. Jun. 1254.

Arnoldus Decanus totusque Conventus monasterii *Heresfeldensis* omnibus hanc paginam inspicientibus salutem in eo qui est omnis salus. Recognoscimus præsentibus protestantes quod Hermannus nostræ Ecclesiæ Portarius quendam locum cum suis appenditiis apud *Benhusen* situm, ad portam nostram pertinentem, in quo quondam villa fuit quæ sat longo tempore ab inhabitatoribus postea desolata ad reædificandum & ad excolendum ex novo, cum consensu & bona voluntate Bertoldi ejusdem loci Advocati & suorum fratrum, scilicet Borchardi, Volperti, & Henrici, nomen ei *Frisenham* imponentes, & exinde dividentes viginti quatuor proprietates mansionum nobis consentientibus Volperto & quibusdam aliis hominibus jure hereditario contulit, sed hoc pacto, ut jam dicti homines ad quinque annos, qui exspirabunt in festo beatæ Margaritæ, & ab omni jure censuali

* In dem nemlichen J. 1253. bekennt Erzb. Gerhard zu Mainz, daß er seinen Vetter Graf Berthold von Ziegenhain, auf den Fall des Absterbens Dietrichs von Bardenhausen, mit dessen vom Erzstift Mainz tragenden Lehen, nemlich mit dem Zehenten zu Weitershusen, Rinmigeshusen, Niederndorf und Hußen, auch einer Hube zu Rotheim, belehnt habe. — Um eben diese Zeit schlichtet *Elica Comitissa de Zigenhain*, als weiblicher Schiedsrichter, in einer undatirten Urkunde einen Streit zwischen dem Kloster Haina und Rudolph von Wambach, zum Vortheil des erstern.

& Advocatiæ liberi permanerent, quibus annis transactis unusquisque dictorum hominum deinceps de suis pro omni jure portarii & Advocati, tam censuali quam alio, duos solidos & unum pullum persolvent annuatim, quos recipiet Volpertus villicus, vel qui pro tempore villicus fuerit, solum ex parte Portarii locatus in villa memorata, & ex ipso censu dabit sex solidos pro jure Comitiæ *Rodenburgum*, & duos solidos Ludovico de Crumbach & duos Arnoldo & heredibus eorum, etiam annuatim: quicquid autem de censu memorato residuum fuerit, dimidietatem dictus villicus pro omni suo jure Portario præsentabit, & reliquam partem pro omni suo jure dabit Advocato. Volpertus autem villicus ad dies vitæ suæ villicationem suscepit, & ab omni jure censuali & Advocatiæ cum suis heredibus est exemptus. Si autem ipsum vel suos heredes sua bona vendere contigerit, de ipsis bonis Portario & Advocato respondebitur, sicut de aliis bonis dictæ villæ est superius institutum. Præterea si quis ex dictis hominibus, sive masculus sive fœmina, domino vocante cessit ab hac *Laica*, pro optimo jumento vel frumento dabit unum solidum Portario & nihil Advocato. Ut autem hoc semper inviolabiliter observetur, hanc literam inde conscriptam nostræ ecclesiæ sigillo duximus roborandam.

Quæ facta sunt anno domini MCCLIV. XII. Kal. Julii. Hujus rei testes sunt, *Albertus* major Præpositus Ecclesiæ Hersfeldensis & Præpositus montis sancti Petri, *Otto*, *Cunradus* nostræ Ecclesiæ confratres. *Helvicus* plebanus de *Breitenbach*, *Hermannus* plebanus de *Mechelan*, *Wigandus* plebanus de *Ottera*. Laici *Giso* Præpositus, Volpertus, Eckhardus, Gerlacus milites, Eberhardus villicus a Bernhusun, Volpertus villicus ejusdem villæ, & plures alii tam clerici quam Laici.

CLI.

Werner von Bischofshausen bezeugt einen Vergleich der Gebrüder von Anreff mit dem Kloster Haina.

d. 23. Aug. 1254.

W*ernherus* de *Biscovishusen* universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Tenore presentium notum esse cupio quam presentibus tam futuris, quod cum Soror *Adelheidis de Anreffe* bona sua in *Weige* sita ecclesie beate Virginis Marie in *Hegenehe* pro remedio anime sue in elemosinam contulisset, Dominus *Heinricus* & *Gumpertus* fratres sui, Milites, sue donationi tam diu contradicendo concorditer restiterunt, quousque mediantibus amicis eorum hoc prudentum virorum consilium adinuenit, quod dicti H. & G. milites, vel eorum pueri, post obitum predicte sororis A. germane sue in spacio unius anni dabunt presate ecclesie de Hegenehe novem marcas numeratorum denariorum, & sic recipient bona dicta. Si autem a die obitus predicte sororis A. usque ad annum integrum memorate ecclesie pecuniam non dederint constitutam, redimendi ante dicta

dicta bona non habebunt de cetero facultatem, sed eadem ecclesia ea quieta pace perpetuo possidebit. De reliquis etiam bonis suis sive sepedicte ecclesie conferendi seu quicquid inde placuerit disponendi liberam habebit a modo facultatem.

Actum in castro *Lewinstein* anno domini MCCLIIII. decimo Kal. Sept. Hujus rei testes sunt, *Sybodo de Jtre*, *Heinricus*, *Wernherus* & *Hermannus* de *Biscovishusen* filii mei. *Ludewicus* de *Vebole*, *Gumpertus* de *Zuschene*, *Ludewicus Winter*, *Ludewicus Mootz*, *Arnoldus Herscaph*. Milites, & *Thegenhardus* de *Thuesten*. Et ut ista conditio inconvulsa & stabilis perseveret, literam hanc inde conceptam describi & mei sigilli appensione muniri unanimiter postularunt. *

CLII.

Der Minoritenbruder Henrich sagt eine Kollekte zu Wiederaufbauung des abgebrannten Klosters Hachborn an.

d. 10. Mai 1255.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater *Henricus* de ordine fratrum minorum dei gratia Curoniens. Episcopus salutem in filio dei vivi &c. Cum igitur dilecte in Christo - - Magistra & conventus monasterii de *Hachenbornen* ordinis sancti Augustini Moguntine dioeceseos, sicut nobis exponere curaverunt, monasterium ipsum collapsum per incendia reparare inceperint opere sumptuoso, nec ad consummationem ipsius sibi proprie suppetant facultates, universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pios elemosinas & grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dictum monasterium valeat consumari & vos per hec & alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus &

* Ich führe noch einige ungedrukte Ziegenhainische Urkunden von eben dem Jahr an: Gottfried Graf von Reichenbach giebt seine Lehensherrliche Einwilligung super bonis in *Houwelren* sitis, quorum ad nos jurisdictio pertinebat, die Gerlach von Arenfeld an das Kloster Haina verkauft. d. Kal. Mart. — Graf Berthold von Ziegenhain bezeugt, daß Isentrudis, Ritter Rudings von Herboldshausen Wittwe, dem Kloster Haina Güther in Sindelatsfeld, Beggesdorf, Beltersdorf und Herboldshausen, mit Einwilligung Reinbolds, Vogts (Advocati) von Boppendorf, vermacht habe, doch vorbehältlich der Nuzniessung für sich und erwähnten Reinbodo. d. Ruschenberg Id. Dec. — Eben dieser Graf giebt den ihm von Reinhard von Itter aufgesagten Zehenten in Mainhardshausen (Merzhausen, A. Ziegenhain) an das Kloster Haina. d. in Ziegenhain.

& confessis, qui eis ad hec manum porrexerint adjutricem, annum venialium & quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum in *Hachenbornen* anno domini MCC. quinquagesimo quinto feria secunda post ascensionem domini. *

CLIII.

Die Landgräfin Sophia bestätigt einen Vergleich zwischen dem Kloster Aulesburg und Wetter über Güther in Schwarzenborn und Grüsen. d. 14. Sept. 1255.

Sophia filia beate Elizabeth, *Lantgravia Thuringie Domina Hassie*, quondam Ducissa Brabantie, universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod nos ad commutationem vel concambium quorundam bonorum in *Swarzenburne* & *Grüsen* jacentium inter Ecclesiam *Wetterensem* & Ecclesiam *Aulisburgensem* tempore avi nostri magne memorie Domini *Hermanni quondam Lantgravii* factum plenum nostrum apponimus consensum, ratum & gratum habentes quicquid in privilegio jam dicti Lantgravii super predicta commutatione confecto videbitur continere. Et ne aliquis Officialium nostrorum ante dicte ecclesie Aulisburgensi super commutatione sepe dicta injuriet, nos eidem ecclesie presentem cedulam dedimus sigilli nostri munimine roboratam.

Datum in exaltatione sancte Crucis anno domini MCCL. quinto. **

CLIV.

* Eine Urkunde gleiches Inhalts fertigt unterm 9ten Aug. dieses Jahrs universis Christi fidelibus per Maguntinenses, Magdeburgenses & Misnenses civitates & Diocef. constitutis presentes litteras inspecturis Frater Hugo miseratione divina tit. sancte Sabine presbyter Cardinalis Apostolice Sedis Legatus zu.

Datum Maguntie V. Idus Augusti Pontificatus domini Innocentii Pape IIII. anno Nono.

** In eben diesem J. bekennt Graf Gottfried von Ziegenhagen, daß Ermgart vidua Brunonis Buchsorgen dapiferi sui & Reinboldus de Lengesfelt pincerna gegen das Kloster Haina allen Ansprüchen auf eine jährliche Korn- und Hafergülte entsagt. d. in Castro Zigenhagen IV. Non. Jan. — Abt Werner von Hersfeld übergiebt den ihm von Ruperto de Zell dicto Stredebock aufgesagten Zehenten in Lazhausen an das Kloster Haina, gegen einen jährlichen Zins von 6 Pf Wachs. d. XVIII. Kal. Febr — Graf Gottfried von Reichenbach schenkt den ihm von den Gebrüdern Henrich und Eberhard von Uitershausen, und des letztern Söhnen Henrich und Meinrich, aufgesagten Zehenten in Berchheim an das Kloster Haina. d. X. Kal. Maj. Ind. XIII. — Giselbertus Abbas in Capella befreit seinen zum Zehnten in Lintorf gehörigen Hof Alboldisberg durch eine dem Kloster Haina übergebene Wiese, Bonlanden genannt,

CLIV.

Benannte Herren von Plesse verpfänden dem Kloster Höckelheim Güther in Höckelheim und Radolfshausen.

d. 5. Sept. 1256.

In nomine Domini Jhesu Christi. Suboriri solet de gestis hominum sepe multa calumpnia, nisi dictis testium robur adhibeatur aut scriptura. Hinc est, quod nos fratres *Hermannus*, *Godertalcus*, *Otto* & *Widekindus* nobiles de *Plesse* tam presentium quam futurorum noticie volumus fieri manifestum, quod pari voto & unanimi heredum nostrorum consensu Ecclesie & Conventui in *Hokelhem* septem mansos nostre proprietatis in ipsa villa *Hokelhem*, quorum unus mansus dicitur *Thethardi*, cum una area ibidem, & duos mansos & dimidium cum omnibus in ambabus villis *Radelfeshusen* & in *Hokelhem* pertinentiis, & omni jure, quod nobis competebat, pro octoginta marcis & una examinate pecunie titulo pignoris, Preposito *Conrado* mediante, solempniter obligavimus. Ne quis autem posterorum nostrorum ratione minorationis solvende pecunie audeat temere computare pignoris nomine predictorum bonorum redditus, exinde provenientibus medio tempore karissimis nostris ibidem sepultis, & in posterum sepeliendis libere judicamus profuturos. Hujus rei testes sunt *Hermannus* de *Uslar*, *Thedericus* de *Hardenberic*, *Henricus* de *Boventun* Milites. Plebani *Johannes* de *Stocben*, *Godescalcus* de *Bule*, *Wolwinus* de *Hildesse*, *Johannes* de *Plesse*, *Servi*; *Bertoldus* de *Edessem*, *Conradus* de *Udreden*, & ceteri quam plures. Ne autem rationabilis hujus facti nostri memoria alicui veniat in ambiguum, aut ex vetustate temporis in oblivionis labatur ignorantiam, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri munimine & ceterorum, que necessaria fuerint, duximus roborandam.

Acta sunt hec anno domini MCCLVI. Non. Septembr. *

CLV.

genannt, von dem Heuzehenten. d. XII. Kal. Julii. — Gerlacus, Arnoldus & Adelungus viri nobiles in Breitenbach verkaufen ihren bei Konighusen gelegenen Hof Singelbach, und die Hälfte des Dorfs Lengelenhagen, an das Kloster Haina. d. Franckenberg in crastino b. Thomæ.

* In diesem J. 1256. übergeben Graf Berthold von Ziegenhain, seine Gemahlin Eufica, und ihr Sohn Gottfried, ihr Allodium in Lazhusen an das Kloster Haina, und leisten demselben, weil es Herseldisch Leben ist, Währschaft. d. Zigenhagen ante Capellam, IV. Id. Maji. — Giso miles de Gudensberg *judex a Domino Lantgravio per terram Hassiæ constitutus* spricht dem Kloster Haina die ihm ehmals von Henrich von Uttershausen geschenkte, aber von Otto Hund und dessen Brüdern bestrittene Huben in Lindorff zu. d. 1. April.

CLV.

Der Abt Werner von Haina vertauscht mit dem Erzbischof von Mainz benannte Güther.

d. 2. Nov. 1257.

Frater *Wernherus* dictus Abbas totusque conventus monasterii in *Aulesburg*, quod *Hegenebe* vulgariter nuncupatur, Cystercienfis ordinis, Maguntine diœcesis salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus Christi fidelibus universis, quod nos unanimi voluntate cum reverendo patre ac Domino nostro *Archiepiscopo Maguntino*, consensu capituli sui accedente, super bonis subscriptis talem commutacionem duximus faciendam. Nos predicto Domino Archiepiscopo decimam nostram in *Rumershusen* & bona nostra in *Herredeshusen* cum omnibus pertinentiis eorundem, nec non tria talenta Fritzlarienfis monete, dedimus in octava sancti Andree, in castro *Jagesberg* annis singulis persolvenda. Sepedictus vero Dominus Archiepiscopus pro bonis nostris predictis bona sua in *Dudenhusen*, in *Hadewercken*, & in *Elberod* cum omnibus pertinentiis eorundem nobis dedit jure perpetuo possidenda. In cujus facti memoriam & perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri.

Datum apud *Hegenebe* anno domini MCCLVII. crastino omnium sanctorum. *

CLVI.

Eberhard von Merlau vertauscht an Widekind von Merenberg einige Lehengüther.

d. 5. Jun. 1257.

Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego *Eberhardus* de *Merlauwe* Advocatiam in *Betingen* & in *Husen* resigno *Widekindo* de *Merenberg* pro decima in *Selterse* & in *Mezerheym* & in *Altenstorff*, & ab ipso recipio jure feodali, & ne aliquis hoc contradicat sigillo nostro presentem paginam fecimus roborare. Hujus rei testes sunt item *Cußbo*, *Adolfus* de *Habelheym*, *Wernherus* de *Hatterode* & *Reinerus Cnubo*.

Acta sunt hec anno MCCLVII. incarnationis domini in Die Bonifacii.

CLVII.

* Graf Berthold von Ziegenhagen schenkt in diesem Jahr, mit Vorwissen seiner Gemahlin Eplisa, und seines e ohnes Gottfrieds, dem Kloster Haina die Hälfte seines Zehenten in Hüttelndorf, eine Mühle in Gemünden, und d n Plaz zu einer neuen Mühle, die er zum voraus von allen Abgaben befreit, so daß der Müller einen Zins von 30. Solidis geben könne. — Graf Gottfried v. Ziegenh. stellt eine Urkunde gleichen Inhalts und Datums aus.

CLVII.

Henrich Herr von Bruneck bestätigt eine von seinem Grosvater, Gerlach Herrn von Büdingen, dem Kloster Haina geschehene Schenkung in Seckbach.

1 2 5 8.

Henricus de *Brunecken* notum facimus universis, quod *auus* noster pie memorie *G.* de *Budingen* quedam bona sita in *Seckebach* claustro de *Hegenehe* cum bona voluntate nostra contulit propter Deum pro quodam censu, sicut hactenus habuerunt, warandiam super hac donacione ipsis prestantes ubicunque duxerint requirendum. Item profitemur, quod nihil alicui homini de prefatis bonis fecimus, quod dicto claustro possit cedere in prejudicium vel gravamen, sed bonum factum dicti Domini *G.* aui mei, quod pie fecit, liberaliter approbamus.

CLVIII.

Werner von Bischofshausen, und seine Söhne, resigniren den Grafen Wallram und Otto von Nassau den lehnbaren Zehenten in Mengershausen bei Keseberg, mit Bitte, ihn dem Kloster Haina zu übergeben.

den 3. Mai 1258.

Venerabilibus dominis suis ac merito pre ceteris diligendis *W. & O. Comitibus in Nassowe* *Wernerus* de *Bischopesbusen*, *Heinricus*, *Wernherus*, *Hermannus* & *Bruno* filii ejusdem, tam paratum quam debitum sue possibilitatis in omnibus famulatum. Pietati vestre regratiamur & regratiari non possumus sufficienter, quod vos nobis in feodis, que a vestra gratia & manibus vestris tenuimus & tenemus, pios semper & benevolos exhibuistis. Que feoda nobis in parte aliqua reservamus. Decimam vero in *Mengershusen* apud *Keseberg* vestre nobilitati per presentes litteras resignamus tanquam dominis carissimis & acceptis, vobis cum omni precum instantia attentissime supplicantes, quatinus ob honorem Jhesu Christi ejusque pie genitricis Marie Ecclesie in *Hegene*, fratribusque inibi domino famulantibus, cum eadem gratiam faciatis, ipsis eam si requisiti fueritis conferendo. Hoc apud vestram nobilitatem studebimus perpetuo deservire.

Datum apud *Lewenstein* anno domini MCCLVIII. in inventione sancte Crucis.

CLIX.

Albert von Trimperg, Henrich und Gottfried von Brauneck, Eberhard von Breuberg, und Ludwig von Isenburg beurkunden einen mit dem Kloster Haina getrofnen Güthertausch.

d. 5. Nov. 1258.

Albertus de *Trimperg*, *Heinricus* & *Godefridus* fratres de *Brunbeke*, *Everhardus* de *Bruberg* & *Lodewicus* de *Jsenburg*. Sine mora a memoriis hominum elabuntur que nec scriptis nec testibus committuntur. Hinc est quod ad universorum notitiam cupimus pervenire, *Heymericum* & *Fridericum* fratres, filios domini *Frederici de Geylenhusen*, cum domino Abbate virisque religiosis de *Hegene* Ordinis Cisterciens. Magunt. Diocesis cum nostra permissione & bona voluntate quoddam iniisse concambium & fecisse; ipsi enim jam dicti fratres H. & F. omnia bona sua, que in *Rode* apud *Geylenhusen* habebant in curtis, agris, silvis, pratis, pascuis, decimis, aquarum decursibus, vineis, quibusdam vineis exceptis quas jure hereditario quondam ad colendum exposuerant apud quosdam, dictis Abbati & suis fratribus ad possidendum perpetuo tradiderunt. Et in restaurum horum bonorum ab eisdem fratribus octo mansus, quinque in *Grinda* que *media* dicitur, unum in *Grinda superiori*, unum in *Offigheim* & octavum in *Husen*, quos sepe dicti fratres aliquamdiu jure proprietario possederunt, in usus suos perpetuos acceperunt, cum omnibus suis pertinentiis, videlicet curtis, agris, silvis, pratis, pascuis, & aquarum decursibus. Ut nos etiam in dicto concambio maneamus indempnes prefatos octo mansos nobis hujusmodi conditione prehabita tradiderunt, ut eosdem eodem jure quo bona prelibata in Rode habuimus perpetuo possideamus, ita tamen quod si nos nostrique successores ipsis suisque successoribus prehabitos mansos feodali jure & titulo porrigamus. Ne quis autem hoc factum eorum aut nunc aut in posterum audeat vel valeat immutare, presentem paginam conscribi fecimus & sigillorum nostrorum munimine roborari.

Acta sunt hec in *Geylenhusen* anno domini MCCLVIII. feria tertia proxima post festum omnium sanctorum. Presentes fuerunt: *Fredericus* Scultetus in Geylenhusen, *Fredericus* de Bochen, *Arnoldus Blomichen*, *Hermannus Votecken*, *Rodengerus de Creygenvelt*, & alii quam plures. *

CLX.

* Von einer merkwürdigen Ziegenhain. Urkunde vom J. 1258. gebe ich folgenden vor zweihundert Jahren gemachten Extrakt: Als sich Irrungen zwischen Graf Ludwig zu Ziegenhain weil. Graf Gottfrieds Sohn an einem, und Graf Gottfried weil. Graf Bertholds Sohn am andern Theil um etliche Schlosse, Städte rc. zugetragen, so sind dieselbe durch Erzb. Gerhart zu Mainz, Bischof Simon zu Paderborn, und die Aebte zu Fulda und Hersfeld vertragen worden: 1) soll Graf Ludwig seines Vaters Erbschaft behalten, ausser die Vogtei zu

CLX.

Arnold, Gerlach und Hadelung, Gebrüder von Breidenbach, entsagen ihren Ansprüchen gegen das Kloster Haina.

d. 10. April 1261.

A*rnoldus*, *Gerlacus*, *Hadelungus fratres* dicti de *Breidenbach*, & *Sophia* conjugata Gerlaci. A memoriis hominum difficile elabuntur, que testium & scripturarum testimonio fulciuntur. Cunctis igitur Christi fidelibus innotescimus, nos ad quorundam nostrorum consilium amicorum omnibus querelis & causis universis quas habuimus adversus ecclesiam de *Hegenebe* Ordinis Cisterciensis Maguntine Dioeceseos & fratres Dno famulantes ibidem omni dolo penitus excluso omnimodis abrenuntiasse, & bona in *Sigelbach* sita cum omnibus eorum pertinentiis, nec non quicquid juris habuimus in montibus apud claustrum sitis qui *Hadenberg* & *Breidenbach* nuncupantur, totumque jus nostrum quod in novalibus tenuimus intra villas *Herboldeshusen*, *Selem* & *Holzhusen* sitis, quecunque jam possident & colunt suis aratris, aut sui agricole ex parte ipsorum hactenus coluerunt, pro quadam summa pecunie, videlicet viginti talentorum Marpurgensium, ad possidendum perpetuo, uno ore, unanimi consensu & coadunatis manibus tradidisse libere & absolute. Nisi forte homines in Selem hereditatem habentes imposterum sine nostro jussu, juvamine, consilio aut nutu de dictis novalibus aliquid obtinuerint ab eisdem, tunc partem, que nos ratione bonorum nostrorum in dicta villa sitorum contingit, non a fratribus, sed a prefatis hominibus repetemus. De silva vero apud *Selem* sita, que vulgariter *Marcha* vocatur, de qua nobis est ambiguitas utrum eis attineat, an nobis, viros convocabimus, qui fines dicte silve noverunt, & quicquid ipsi nobis de finibus ejusdem silve dixerint aut ostenderint, ratum habebimus & acceptum. Similiter de agris, de quibus dubitamus, an

zu Gemünden, die er mit seinem Vetter Graf Gottfried um das Gericht zu Rodheim und Widerosheim mit ihren Zugehörungen, die Mannschaft ausgenommen, verwechselt habe; 2) soll Graf Gottfried frei stehn, die Vogtei zu Fulda mit 175 Mark Silber von Graf Ludwig zu lösen; 3) soll Graf Ludwig uff alle Forderung, so er an seinen Vetter wegen Stausenberg, Rauschenberg, Treysa, Gemünden, Schlidessen und Liebesberg gemacht, renunciiren; doch sollen die Lehnmannen zu berührten Schlossen gemein seyn; 4) die von ihrem Vetter angeerbte Lehen sollen active & passive gemein seyn; 5) von den eröfneten Lehen bekommt jeder die Hälfte; 6) die Samtlehen sollen nach des einen Tod auf den andern fallen, excepto der darauf liegenden Verschreibungen, so etwa ihren Müttern oder Gemahlinnen geschehen; 7) im Krieg sollen sie einander beistehn; 8) keiner des andern Feinde herbergen; 9) Graf Gottfried mag zu Nidda bei Graf Ludwig, und Graf Ludwig mag zu Ziegenhain bei Graf Gottfried bauen, keiner aber dem andern, oder der Strase, zum Schaden; 10) die sich entspinnende Irrungen sollen durch Schiedsrichter beigelegt werden.

an decime nostre in *Waraha* attineant, aut eorum in *Langendorph*, proborum virorum conscientie & testimonio committemus. Si vero nostre decime adjudicant, tamen fructum quem frater *Burchardus*, vel alter ex parte Claustri, hactenus in eis noscitur accepisse, nullatenus repetemus. Agros autem duos in *Geylingen* sitos nos possidebimus sine qualibet contradictione.

Acta sunt hec apud *Ameneburg* juxta domum Domini Archi Episcopi Maguntini. Anno Domini *Millesimo ducentesimo sexagesimo primo* dominica qua cantatur judica, in presentia subscriptorum Domini *Henrici Comitis de Wilenbowe*, Domini *Widekindi Comitis de Battenburg*, Domini *Wernheri de Gerardingshusen*, Domini *Henrici de Bonakere*, Domini *Gerhardi* Monetarii dicti de *Marpurg*, Domini *Ludewici de Selehem*, & aliorum ibidem quamplurium. Consummata vero in *Battenburg* in presentia Domini *Widekindi* Comitis ibidem, Domini *Wernheri de Gerardingshusen*, Domini *Henrici de Bonakere*, *Amelberti*, militum; *Henrici de Lindenbornen*, *Theodorici de Hesburnen*, *Volperti de Berchoven*, *Henrici de Tryse*, nobilium; *Ludovici de Yphe*, *Gerlaci de Langenbach*, *Conradi de Borgen*, Scabinorum. Ne autem hoc factum nostrum a quoquam imposterum imitetur, presentem paginam conscribi fecimus & sigillis venerabilium Dominorum nostrorum *Comitum de Wilenbowe* & de *Battenburg* nec non universitatis in Ameneburg & nostro procuravimus communiri. *

CLXI.

Die Gebrüder von Slegern geben dem Kloster Haina benannte Güther wiederkäuflich ein.

d. 16. Aug. 1261.

Ludewicus & *Helwicus* fratres dicti *Slegeregen*. Ad universorum noticiam cupimus pervenire, nos nostrasque legittimas & nostros pueros universos, uno ore, unanimi consensu & manibus adunatis, sine dolo, omni actioni & impetitioni quam pro bonis in *Eckenstorph* apud Gemünden sitis habuimus adversus ecclesiam de *Hegenehe*, & fratres ibidem Domino famulantes, penitus abrenunciasse, ipsosque nobis bona eadem vendidisse pro viginti quatuor talentis Marpurgensium denariorum, & de ipsis denariis a festo Michaelis proximo instante nos per quatuor annorum spacium induciasse; ita videlicet quod tunc ipsis vel infra non particulatim, sed ex integro, presentemus sub bono testimonio & fideli. Notandum etiam, quod cum nostris denariis & non alterius redimemus. Hec si neglexerimus & denarios dictos non dederimus tempore prelibato, spes ulterius nobis

* Im J. 1266. übergeben die nemlichen drei Brüder von Breidenbach dem Kloster Haina zwei Aecker in Geylingen, und entsagen einem Anspruch pro quibusdam agris quos in terminis decime nostre *Wara* credidimus esse sitos. Datum & actum apud *Bidencaph* in domo Plebani ibidem, pridie Id. April.

bis non dabitur redimendi, sed ipsi ea quietissime perpetuo possidebunt. Ut autem istud ab ipsis & a nobis firmius observetur, presentem paginam fecimus conscribi, & sigillis *Comitisse de Cygenhagen* Domine nostre *Euliken & nati ejusdem Domini nostri Comitis Godofridi* rogavimus communiri.

Acta sunt hec *Gemünden* sub tilia, Anno Domini MCCLXI. crastino assumptionis gloriose Virginis Marie, in presentia subscriptorum *Cunradi* Plebani de *Gemünden*, *Cunradi* Canonici Heiligenstadensis, Cunradi parvi patris sui, *Ludewici* de *Linsingen*, *Reinbodonis* de *Boppendorff* Millitum. *Iffridi* de *Bentrephe*, *Cunradi* de *Swalenbach*, *Cunradi* de *Gilse*, *Helwici* de *Lyndenburnen*, *Wigandi* de *Borchardeshusen* servorum nobilium; Wigandi Scultheti, Volperti, Rudwigi & omnium Scabinorum de Gemünden & aliorum multorum.

CLXII.

Einiger Bürger in Franckenberg Ansuchen an die Landgräfin Sophia, ihre Gärten dem Kloster Haina vertauschen zu dürfen.

d. 21. April 1262.

Venerabili Domine sue *S. Lantgravie Thuringie quondam Ducisse Brabantie, Domine Hassie* Filie beate Elyzabeth apud Marpurg, Gumbertus de Engelenbach, Albertus de Aspha, Henricus in Amne, Conradus de Medebach & Albertus Kescelege cives in *Frankenberg* sue parvitatis tam paratum quam debitum in omnibus famulationem. Cum nos bona voluntate & unanimi consensu nostrarum legitimarum & omnium puerorum Ortos nostros, apud murum Frankenberg sitos, Ecclesie in *Hegene* dedimus in comcambio & viris religiosis Domino famulantibus ibidem, & hec ad consilium Scultheti, Castrensium, Scabinorum & omnium Burgensium virorum vestre attentissime supplicandum duximus pietati, quatenus propter Deum & ipsorum precaminum interventum idem factum nostrum vestris litteris dignemini confirmare, ut exinde mercedem à Domino perpetuam recipiatis. Sigillo universitatis in Frankenberg usi sumus.

Datum & actum anno Domini Millesimo CCLXII. feria sexta proxima post dominicam qua cantatur Quasimodogeniti infantes.

CLXIII.

Bischof Jring zu Würzburg erläßt dem Kloster Eberbach sein Lehensrecht auf Fruchtgefälle vom Gehborner Hof.

d. 28. April 1262.

I. Dei gratia *Herbipolensis* Episcopus. Noverint universi hujus pagine inspectores, quod cum Abbas venerabilis & Conventus Monasterii de *Eberbach* ordinis Cysterciensis Maguntine Diocesis

habito tractatu cum *Graslacho* milite de *Diepurg* de triginta quinque modiis siliginis annis singulis de curia eorum in *Gebenbrunnen* eidem militi solvendis, quibus modiis dictus miles Graslach ab ecclesia nostra infeodatus fuerat, idem frumentum monasterio suo comparassent, & idem Abbas & Conventus nobis per fratrem Mauritium monachum Bursarium ipsius monasterii ad nos transmissum humiliter supplicarent, ut intuitu retributoris omnium Jesu Christi emptionem ipsam gratam & ratam habere simpliciter de nostra benevolentia dignaremur; Nos eorum precibus inclinati ipsum tractatum inter ipsum conventum & jam dictum militem legitime celebratum confirmavimus isto scripto, & facta nobis resignatione ipsius feodi per memoratum militem ipsos modios siliginis dicto monasterio de Eberbach] dedimus proprietatis nomine perpetuo possidendos, ita ut ipsi Abbas & Conventus & omnes eorum posteri nostri & nostrorum predecessorum & successorum in perpetuum habeant memoriam annis singulis secundum ordinis instituta.

Datum anno Domini MCCLXII. IV. Kal. Maji, Indictione V., Pontificatus nostri anno IX. apud *Herbipolin*.

CLXIV.

Sophia, Herzogin von Brabant, erlaubt dem Hospital zu Marburg in ihrer Abwesenheit die Fischerei in einem Theil der Lahn.

d. 1. Jun. 1262.

Sophia Dei gratia *Ducissa Brabantiæ* universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum opus pietatis sit, inopiæ pauperum subvenire, & proinde premia consequi possimus eterna, & etiam iis, qui esurientibus & infirmis suas largiuntur eleemosinas, in externo examine veritate testante dicatur: Venite benedicti patris, esurivi, & dedistis mihi manducare: Nos eandem mercedem sperantes una cum fidelibus Christi & cupientes adipisci, *piscariam nostram in Loyna apud Marpurg*, de Molendino, quod dicitur Molendinum Elwini, & de ejus retinaculo & subretinaculo usque ad Molendinum super pontem lapideum, situm in decursu ejusdem aquæ, *infirmis Hospitalis in Marpurg* in remedium anime nostre, nec non antecessorum nostrorum, *medio tempore dum ibi presentes non sumus*, assignamus deserviendum, inhibentes firmiter, ne quis preter piscatores predictorum infirmorum aliquatenus in ea piscari præsumetur. In cujus rei testimonium presentem paginam dedimus eisdem sigilli nostri robore communitam.

Datum *Rode* anno Domini MCCLXII. Kalend. Junii, *octava* indictionis.

CLXV.

Das Kloster St. Georgenthal bestimmt der Abtei Hersfeld zu Zahlung einer ihm schuldigen Summe gewisse Termine.

d. 11. Jan. 1263.

Frater *Henricus* Abbas, Prior, totusque Conventus vallis sancti *Georgii*, Ordinis Cystercienfis, Moguntinenfis Dioecesis. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Recognoscimus & presentibus litteris publice protestamur, venerabilem Dominum patrem *Henricum* Abbatem *Hersveldensem*, & Conventum ibidem nobis obligatos in centum marcis, pro quibus titulo pignoris nobis tredecim marcas in Moneta sua in *Arnestede* argenti oppidi illius assignarunt, que persolventur nobis singulis annis infra festa sanctorum Johannis Baptiste & Jacobi, ita tamen, quod quandocunque nobis & conventui nostro quinquaginta marce fuerint persolute, predictis tredecim marcis pro nummo non computatis, ex tunc non recipiemus nisi sex marcas & dimidiam annuatim, donec alie quinquaginta marce secundum formam supradictam fuerint persolute, quas Dominus *Ludewicus* senior de *Franckenstein* de consensu *Henrici* filii sui nobis & conventui nostro pro remedio sue anime assignavit de illis trecentis marcis, in quibus eisdem Nobilibus patri & filio, super recuperatione castri in *Creienberg*, Abbas & Conventus Hersveldensis fuerint obligati, juxta formam habitam & tractatam super recuperatione castri in Creienberg, & hinc inde litteris roboratam. Hujus rei testes sunt, Clerici, Prepositus *Henricus de Breidingen*, Magister *Erkenbertus*, Magister *Ludewicus* Scholasticus de *Ardorf*, & *Helwicus Zutelo*; Milites vero *Fridericus de Slidese*, *Hermannus* & *Henricus* prefecti, *Volpertus* de *Hohenberg*, *Arnoldus* de *Rukeresbusen*; Cives autem Hersveldenses B. Monetarius, Henricus & Renoldus fratres de Sulabe, Ludewicus de Capella, & alii multi Clerici & Laici.

Datum anno Domini MCCLXIII. 3 Idus Januarii, Indictione sexta.

CLXVI.

Philipp von Grinda verzieht gegen das Kloster Haina auf seine Rechte an Güther in Grinda.

d. 23. Febr. 1263.

Ego *Hermannus* Scultetus *Geylenbus*: presenti scripto constare cupio universis quod *Phylippus* miles de *Grindaba* in mea & multorum aliorum presentia constitutus omni liti omnique actioni, que contra fratrem *Conradum* de *Mumenberg* & monasterium *Haynehes*, nec non contra *Conradum* militem

militem de *Saſſenhuſen*, ratione quorundam bonorum ſitorum in villa *Rade* competebat eidem *exfeſtucando* renunciavit ſimpliciter & precise. Teſtes: *Bertoldus*, *Furechinus*, *Rudegerus*, *Herbordus* & *Heinricus* fratres dicti de *Creginvelt*, *Bertoldus Magnus*, *Ludewicus de Butingen* & *Gerlacus* frater ſuus.

Actum anno Domini MCCLXIII. VII. Kalend. Martii.

CLXVII.

Abt und Konvent des Klosters Immichenhain bekennen, daß sie dem Kloster Werberg ein jährl. Zeichen der Unterwerfung schuldig sind.

d. 6. Sept. 1263.

Nos *Albertus* Prepoſitus, *Gertrudis* magiſtra totusque Conventus monaſterii in *Immichenhain* univerſis preſens ſcriptum viſuris notum eſſe volumus, quod cum venerabilis Dominus *Baldwinus* Prepoſitus in *Werebere* Moguntine dioceſeos nomine ejusdem monaſterii nos coram Decano & Scolaſtico eccleſie ſancti Stephani Mogunt. judicibus, a venerabili Domino & patre *Wernhero* Archiepiscopo Moguntino conſtitutis, traxiſſet in cauſam, ſubjectionem & obedientiam cum quibusdam aliis articulis a nobis requirens, demum poſt aliquantas altercationes propter bonum pacis ad exhortationem honeſtorum virorum in Dominum *Wernherum Pote* Canonicum ſancti Stephani fide data hinc inde exſtitit compromiſſum, qui habito conſilio hujusmodi arbitrium, tali pena vallatum, videlicet quod quecunque partium ab ipſo preſumeret reſilire X. marcas dictis judicibus, & X. marcas alteri parti arbitrium obſervanti ſolvere teneretur. Forma vero arbitrii talis eſt, videlicet, quod nos Prepoſitus & quilibet noſter ſucceſſor nomine Monaſterii noſtri duos cereos duarum librarum in dedicatione dicte eccleſie in *Werebere* annis ſingulis per nos vel per alium ſuper altare in ſignum ſubjectionis faciemus ſine contradictione qualibet preſentari, in cujus rei evidentiam preſentem paginam ſigillo noſtre eccleſie fecimus roborari. Teſtes *Eberhardus* Cantor, *Eberhardus* Subcuſtos Moguntini, *Walterus* Decanus & *Cunradus* Scolaſticus ſancti Stephani Moguntini, *Heinricus* Cuſtos ſancti Albani, & alii quam plures.

Acta ſunt hec *Moguntie* anno Domini MCCLXIII. octavo idus Septembris.

CLXVIII.

Die Landgräfin Sophia bestätigt dem Kloster Altenburg auf Bitte ihrer Schwester, als dasiger Abtissin, eine Schenkung.

d. 16. Oct. 1263.

Nos *Sophia*, *filia ſancte Elizabeth*, *Lantgravia Thuringorum*, *Domina Haſſie*, *quondam Duciſſa Brabantie*, ex patentibus literis civitatis nomine Marpurg intelleximus, quod Hartmannus *The-*

Thelontarius divina inspiratione ductus, pro remedio anime sue, ecclesie de *Aldenberg* quedam bona in eleemosynam contulit, videlicet curiam suam in *Dagebertshusen*, cum omnibus attinentiis suis, tres mansus terre in *Gosvelde*, quartam partem molendini & donationem ecclesie ibidem in quarta & octava parte, insuper domum suam in *Marpurg* in qua habitat Henricus Crocheim, & omnia bona sua in *Ciliacis Wymare*, tam in silvis quam in agris. Nos ergo hanc collationem ratam habentes omne jus nostrum, quod in eisdem bonis habuimus tam in precariis quam aliis exactionibus, ob amorem atque petitionem domine *sororis nostre Gertrudis magistre in Aldenburg*, & totius sui Conventus, dicte ecclesie conferimus cum effectu. In cujus rei testimonium presens scriptum ei dedimus sigilli nostri munimine roboratum.

Datum anno Domini MCCLXIII. feria tertia proxima ante Luce Evangeliste. *

CLXIX.

Bischof Eberhard von Worms verleiht dem Hartrad, Herrn von Merenberg, die von seinem Vater Widekind und Vaters Bruder Konrad getragene Lehen.

d. 21. März 1264.

Eberhardus dei gracia *Worm.* Episcopus constare volumus universis presentem litteram inspecturis, quod nos feoda illa omnia & singula, que a nobis *Widekindus* & *Conradus* de *Merenberg*, fratres, hactenus habuerunt, *Hartrado filio* dicti *Widekindi* concessimus, & ipsum infeodavimus de eisdem. Ne autem de hoc contingat quempiam vacillare, presentem sibi litteram nostro sigillo tradidimus communitam.

Datum apud *Worm.* anno Domini MCCLX *quarto*, XII. Kalend. April.

CLXX.

Graf Gottfried von Ziegenhain vergleicht den Crato von Hapsfeld mit dem Kloster Haina wegen Güther in Harprechtenhausen und Hertenhausen.

d. 12. April 1264.

Godofridus Comes de *Zygenhain* causam defensionis que aliquo tempore duravit inter ecclesiam de Hegene ex una parte, & *Cratonem* de *Hapespelt* ex altera, pro bonis quibusdam *Harpreytesbusen*

* Die in der Jahrzahl nach dem L folgende Zahl ist so geschrieben, daß es nicht völlig deutlich ist, ob sie ein V oder X anzeigen soll; in ersterm Fall wäre also vielmehr 1258. zu lesen.

tesbusen & in *Hertesbusen* sitis, que *Eberhardus* frater suus quondam vendiderit ecclesie memorate, nostris amicis duximus committendam, qui eam taliter annihilarunt, quod idem Crato ad manus nostras promisit fideliter data fide, quod deinceps venditionem fratris sui, quam noscitur fecisse cum ecclesia prelibata in bonis prenominatis, ratam habeat & acceptam, & quod sepe dictam ecclesiam ammodo nec pro se, nec pro alio aliquo impetat aut molestet, sed eam semper promoveat sine dolo, ecclesia vero dedit pro ipso Domino *Gerlaco* de *Oedenhusen* septem marcas gravium denariorum.

Acta sunt hec *Threysa* apud Cimiterium, Anno Domini 1264. feria quarta proxima post dominicam qua cantatur Judica, in nostra presentia & subscriptorum *Wigandi* voratoris, *Conradi*, *Conradi de Lumespelt*, *Henrici Avemod*, *Brunonis* de *Heimbach*, *Folperti* de *Kertorff*, *Henrici* de *Rospach*, *Sifridi* de *Breitenfelt*, *Rodingeri* nostri dapiferi, virorum nobilium; Ruperti, Ulougonis, Scabinorum in *Treyse*, & aliorum multorum. Ut autem hoc factum a nullo aut nunc aut imposterum irritetur, sed ab omnibus inviolabiliter observetur, ad petitionem utriusque partis presentes fecimus conscribi & sigilli nostri munimine roborari.

CLXXI.

Die Gräfin Eylika von Ziegenhain spricht dem Kloster Haina, auf vorhergegangenem rechtlichen Ausspruch, einen leibeignen sammt dessen Güthern zu.

d. 26. Jul. 1264.

E*ylica Comitissa senior de Cygenhagen.* Noverint singuli & universi, presentem paginam audituri, quod licet nos & filius noster Comes *Godefridus* de *Cygenhagen* fratrem Ludewicum dictum Nucelen, nobis attinentem cum omnibus bonis suis in *Herboldesbusen* sitis, pro quadam summa pecunie dederimus ecclesie in *Hegene* Cysterciensis Ordinis & Maguntine Dioecesis & fratribus ibidem Domino famulantibus libere & absolute: Tamen Gerlacus, Ludewicus, Heinricus & Dithmarus, fratres dicti de Sconowe, nostri servi, coram nobis, pro bonis prehabitis impetierunt eosdem. Nos vero proborum virorum utentes consilio & prudentum, quomodo in dicta causa secundum Justiciam procederemus, sententiatum est, quod viri predicti de Hegene, propter possessionem dictorum bonorum, de jure deberent eadem bona, si vellent, juramento *per manum septimam* obtinere, super qua obtentione nos partibus diem certum & locum *Cygenhagen* duximus prefigendum. Ad quem diem & locum Dominus Albertus Prior, frater Thegenhardus, frater Humboldus, frater Wigandus Crug, frater Cunradus de Lare, frater Burchardus, frater Heinricus, Magister hospitum & frater Rentwicus venientes, &, ut dictum est, juramento procedere cupientes, & quidam ex

ex ipsis manus reliquiis imponentes sua bona optinere, ut justum fuerat, voluerunt, viri vero de Sconowe per probos viros ammoniti eos a juramento voluntarie absolverunt, & consilio prehabito sufficienti omni impeticioni & actioni, quam pro dictis bonis adversus ecclesiam de Hegene habuerunt, consensu unanimi simpliciter abrenuntiarunt.

Datum & actum in *Cygenhagen* anno domini MCCLXIV. in crastino sancti Jacobi Apostoli, ante domum *Heinrici* militis de *Avenrode*. Hujus rei testes sunt Dominus *Rudengerus* Plebanus de Cygenhagen, Dominus *Cunradus* Plebanus de Viscopeshusen, *Wigandus Fraz*, *Cunradus Crug*, *Heinricus de Avenrode*, *Theodericus de Linsingen* dapifer, *Bruno de Heimbach*, *Cunradus de Lumersfelt*, *Ditmarus de Glimenhagen*, *Rudolfus de Marpurg*, Milites; *Volpertus Swercel*, *Hartmannus Crengel*, *Otto Slinswecke*, *Bruno junior de Gerwigeshagen*, *Cunradus de Werniswich*, *Cunradus de Weibach*, *Hartmannus de Gensingen*, Servi; & alii quam plures. Ut autem nostra donatio, & servorum G. Lud. Heinrici & Dithmari predictorum abrenuntiatio, semper firma maneat & inconvulsa presentem paginam fecimus conscribi & Sigillis nostro & filii nostri Comitis Godefridi munimine roborari. *

CLXXII.

* Ich führe hier noch einige Hainaische Urkunden vom J. 1264. an, von denen ich nur Extrakte besitze, und zwar in eben der Sprache, worin diese Extrakte verfaßt sind: *Widekindus* Comes de *Battenberg* testatur, quod Haynenses bona in *Segardshusen* ab *Hermanno & Gysone fratribus* cum consensu *sororis* & *uxorum* & *liberorum* eorundem emerint. Idem Comes W. cum *conjuge & liberis* renunciat juri suo, ea tamen conditione super iis bonis, ut vestigiario in Hegene serviant & consolatio inde fiat conventui in albo pane in Parasceve. d. *Battenberg* Domin. Sexagesima (24. Febr.) — Godefridus Com. de Richenbach befreiet auf Bitten viri nobilis *Gerlaci* militis de *Nordek* & uxoris ejus (Antonia), item *Berthæ* relictæ Domini *Crafftonis* quondam dicti de *Schweinsburg* cum *Crafftone* nato ejus, *Agathæ* filiæ ejusdem, insuper cum filia dictæ *Agathæ*, zwei ihm aufgesagte Theile des Zehendens in Heimbach von aller Lehensverbindung und übergiebt sie dem Kloster Haina. d. in festo Michaelis (29. Sept.) — *Henricus Lantgravius Thuringie & Dominus Hassie* fatetur, quod, sicut reverenda mater sua & Domina, Friderico hospiti suo in Eilesfeld & Hildegundi uxori ejus facultatem concesserit de bonis quæ vellent faciendi, & curtim quam Hildegund inhabitat Haynensibus tradendi. d. Nordecken fer. prox. ante festum omnium sanctorum (31. Oct.) — *Ludovicus de Rumerode* miles, *Albertus* frater ejus, *Ricolfus* filius ejus (Ludwigs), & hujus uxor *Gisla* fatentur, quod villam eorum *Reynmarod* cum hominibus, decimis, pratis, pascuis & aquis, item bona sua in *Racenberg*, annuatim 14. solidos solventia, item bona sua in *Lutzela* 1. libram denar. Aylisf. & 2. maldra filiginis annuatim perhibentia, Hainensibus pro 20. marcis vendiderint. d. fer. 4. infra octavam omnium sanctorum (5. Nov.)

CLXXII.

Ulrich Graf von Tübingen verleiht an Hartrad von Merenberg ein Burglehn auf Giesen.

d. 15. Aug. 1264.

Noverint universi ac singuli, quod nos *Ulricus* Dei gratia Comes de *Tuwingen* dilecto ac speciali Castellano nostro *Hartrado de Merenberg* VIII. lib. levioris monete jure feodali, quod vulgariter dicitur *Burgleben*, singulis annis duximus concedendas hoc adjecto, ut ipse Hartradus percepta prefata pecunia villicos, persolventes pecuniam VIII. librarum, ulterius non intendat gravare, seu quoque extorquendo majorem censum molestare. Et ut hoc ratum sibi permaneat & inconvulsum, literas presentes ipsi h. nostri Sigilli munimine assignamus roboratas.

Acta sunt hec apud *Gizzen* anno domini MCCLXIV. in assumcione beate virginis.

De prefata pecunia V. lib. & ß. persolvantur de *Krufstorff*, item de *Frilincoven* V. ß. item *Wisimar* X. ß. item de *Lebansbach* II. lib. item de molendino IIII. ß. item de prefatis VIII. lib. ipse Hartradus nobis castellanum loco sui apud Gizzen ponere debet, nisi de nostra bona voluntate pretermittatur.

CLXXIII.

Hermann von Buches verkauft dem Kloster Haina einige Huben Landes in Rohrbach.

d. 15. Jun. 1265.

Hartmannus miles dictus de *Boches* & *Agnes* legitima ejusdem notum fieri cupimus universis, nos ob honorem Jesu Christi & reverentiam gloriose Virginis Marie, nec non in remedium nostrarum animarum mansum unum in *Rorbach* situm ecclesie in *Hegene* tradidisse cum suis attinentiis universis & alium ibidem situm cum omnibus ejus pertinentiis pro quadam summa pecunie videlicet decem marcis prefate ecclesie vendidisse libere & absolute; insuper duos milites scilicet dominum *Everwinum Leonem* & dominum *Herdegenum de Boches* pro cautione fidejussoria deposuisse & ita quod omnem impetitionem, si quam dicta ecclesia de prefatis mansis sustinuerit de aliquibus, ipsam ex integro adnichilemus & ipsi Warandiam prestemus, sicuti fieri debet cuilibet proprietati. Hujus rei testes sunt: Dominus *Ropertus de Carben* Burcgravius in Fredeberg, *Giselbertus* Leo, *Conradus Rufus*, *Wernherus de Berstach*, *Ropertus de Boches*, & alii quam plures.

Acta sunt hec in *Fredeberg* anno domini MCCLX quinto in die Viti & Modesti. Ne autem hoc factum nostrum ab aliquo irritetur sed ab omnibus perpetuo inviolabiliter observetur, presentem paginam fecimus conscribi & procuravimus sigillo domini Roperti Burcgravii, quia proprio caruimus, roborari.

CLXXIV.

Vertrag Landgraf Henrichs zu Hessen mit Hartrad, Herrn zu Merenberg. d. 29. Sept. 1265.

Nos *Heinricus* dei gracia *Langravius Dominus Hassie* presentibus protestamur, quod virem nobilem Dominum *Hartradum de Merenberg* in nostrum obsequium & adjutorium obtinuimus, ita quod nobis astabit fideliter contra quoscunque nostros adversarios quos habemus ad presens vel in posterum, quamdiu uterque nostrum vixerit, nos habere contigerit, excepto tamen Domino *Godfrido Comite de Cegenhayn*, contra quem si, quod absit, nos litigare contigit, dictus Nobilis, si potest, concordiam inter nos ordinabit, sin autem, neutri nostrum tenebitur aliquatenus adherere. Item castra sua, *Glipberg* videlicet & *Merenberg*, & alias municiones, si quas processu temporis obtinuerit, nobis & amicis nostris patefacere tenebitur, quandocunque fuerit requisitus, & ad hec nobis facienda se obligavit fide data & prestito juramento. Nos etiam e converso pro hujusmodi serviciis per ipsum nobis impendendis universas municiones nostras patefacere repromisimus eidem, quandocunque necesse habuerit prestari sibi auxilium contra quoslibet suos indebitos injuriatores. Item feodum castrense octo videlicet librarum denariorum redditus, quibus a Comite *Ulrico de Thuingen* infeodatus fuerat, nobis ab ipso nobili resignatos, eidem reconcessimus eodem jure quo possederat a prefato Comite, ita quod illud locare possit pro sue libito voluntatis. Item quicquid juris vel actionis habebat Comes de Thuingen in Castro *Glipberg* ipsi Nobili & heredibus suis tradidimus proprietatis titulo possidendum. Item *Montem Vodinberg* cum silva monti eidem attinente memorato Nobili & heredibus suis utriusque sexus jure feodi concessimus possidendum, qui & heredes nobis & nostris successoribus ad obsequia, sicut predictus Nobilis, tenebuntur. Item in judiciis seu jurisdictionibus, quas communes habemus, uterque nostrum gaudebit tali jure quo antecessores hactenus nostri sunt gavisi. Ceterum hoc est adjectum, quod si cum nobilibus viris de *Ysenberg* & de *Brunecken* reconciliari nos contigerit, composicionem aliquam cum eis nullatenus acceptabimus, nisi donaciones & concessiones prefato nobili de Merenberg per nos facte rate permaneant, ita quod ipse Nobilis cum prefatis beneficiis, que sibi impendimus, in nostro servicio permaneat sicut prius. Ut autem hec omnia rata & firma permaneant, sigillum nostrum presenti littere est appensum. Hujus rei testes deputati sunt *Johannes* & *Meingocus* fratres dicti *aurei*, *Guntramus* de Olphe, *Meingocus Kinbo*, *Wideroldus*, *Milchelingus*, *Theodericus de Nordecken*, *Rupertus* de nova, *Johannes Buchesecke*, *Marscalcus de Rodinstein*, *Lenfridus de Disinbach* Milites, & alii quamplures.

Datum *Nordecken* III Kal. Octobr., anno Domini MCCLX *quinto*.

CLXXV.

Ludolf, Herr zu Plesse, verkauft dem Kloster Höckelheim einige Güther in Rudolfshausen und Höckelheim.

1 2 6 5.

In nomine sancte & individue trinitatis. Evanescunt cum tempore que fiunt in tempore, nisi scriptis testiumque appositione discreta perhennentur. Hinc est, quod ego *Ludolphus* de *Plesse* notum esse cupio etati tam postere quam moderne, quod cum communi consensu omnium heredum meorum, mediante Domino *Conrado* tunc temporis Preposito in *Hokelhem*, eidem ecclesie in Hokelhem vendidi tres mansos in *Radelvelhusen* pro triginta marcis examinati argenti, & quod contuli ipsi ecclesie quartam partem Allodii in Hokelhem cum bonis ad eandem quartam partem spectantibus, cum filia mea *Megthildi* moniali ibidem, & quod vendidi predicte ecclesie mansum unum, qui dicebatur *Helmici Lupi* pro decem marcis examinati argenti, & tres mansos & dimidium cum Curia in *Hekelhem* pro quadraginta marcis & duabus, & quod accepi ab eadem ecclesia quinque marcas examinati argenti pro consensu emptionis dimidie decime in Hokelhem, si quando eam sibi comparare possint, & quod contuli eidem ecclesie in obitu *patris* mei aream, in qua quondam situm erat molendinum. Huic venditioni & collationi consenserunt *Gertrudis uxor mea*, *Albeidis mater mea*, *Ludolfus & Bernhardus filii mei*, *Godescalcus* & *Otto consanguinei mei cum filiis suis* & aliis coheredibus meis. Ut igitur tam a me quam a meis posteris hoc factum coram viris honestis nominatim prehabitis & habendis rationabiliter terminatum qui mediatores fuerant, incorruptibiliter observetur, presens scriptum super hiis confectum Sigillo proprio & ecclesie Northunensis & judicum Northunensium, & Dominorum prehabitorum de Plesse, & Domini *Theoderici* de *Hardenberic* in cautelam ecclesie prefate contuli firmius solidatum. Testes hujus rei sunt persone supra scripte & Dominus *Conradus* Decanus, Dominus *Segebodo* Plebanus, Dominus *Wernherus* de *Vesigherod*, Dominus *Theodericus* de *Besighen*, Canonici Northunenses & alii quam plures.

Acta sunt hec anno Domini MCCLXV. *

CLXXVI.

* Im J. 1269 XV. Kal. Jan. überläßt Erzbischof Werner von Mainz dem Kloster Höckelheim eigenthümlich: decimam apud *Hokelhem*, quam viri Nobiles *Godescalcus* & *Widekindus fratres de Plesse* ab ecclesia Magunt. & ejus Pontificibus in feudo habuisse noscuntur, quam & apud eos juste emptionis titulo comparastis. Und unter dem nemlichen Datum noch weiter: decimam in villa *Renhardessen* apud Morungen, quam vasalli nostri *Hermannus* de *Gladebeck* dictus *Strues*, dicti *Kastelingerode* & de *Reynherdessen* ab ecclesia nostra Moguntina & ejus pontificibus in feudo habuisse noscuntur, quam & apud eos juste emptionis titulo comparastis.

CLXXVI.

Extrakt des Kaufbriefs, wodurch Widekind, Domherr zu Magdeburg, das Schloß Weidelberg, und Stadt und Schloß Naumburg an Hessen übergiebt.

1 2 6 5.

Im Jahr 1265. hat Herr Widdekindt Canonicus zu Halberstadt Herr und Erbe der Newenborg vor sich und seines Bruders Kinder, seine MitErben, Ir Schlos Weidelbergk und Stadt unnd Schlos Naumburgk mitt aller Mannschafft, Güttern, Eigenthumb, unnd andernn Zugehorungenn, umb Ein thaußennt und Fünfhundertt Margk reines Silbers, odder umb zwey Thausentt Margk ganghaffter Pfennige Collnnischer Wer (doch das in des Verkeuffers willen stehe, Silber oder Pfennige zu erwelenn) Lanndttgraven Henrichen zu Heßenn verkaufft, unnd soll Hochermelter Herr Landttgrave uff schierst künfftigen Trium Regum von der Kauff-Summ Zweyhundertt Marg Collenischer gangbaffter Pfennige, und den helfften Theill derr übrigenn Summen uff Joannis Baptistæ, unnd die übrige Helffte über ein Jar uff denselben Joannis Baptistæ Tag erlegenn unnd bezalenn, doch mit dem Vorbehalt, da seines Bruders Kinder dießenn Kauff nicht genehme haltenn wollttenn, so soll der Herr Lanndttgrave Ihnen Ir theill beider Schlos unnd Stadtt mitt Ihren Zugehörungen volgenn, unnd ihme dargegenn das Kauffgellt pro rata nachgelassen wertenn.

CLXXVII.

Hermann, Abt zu Corvei, giebt, auf Vermittlung Reinhards Herrn von Itter, seine lehensherrliche Einwilligung zu einer Gütherschenckung an das Kloster Breidelar.

1 2 6 5.

Hermannus *Dei gratia Corbeiensis ecclesie Abbas.* Conradus Prior, Albertus Prepositus, Hereboldus Persona, totumque capitulum ejusdem ecclesie, universis Christi fidelibus salutem. Insinuatum esse cupimus omnibus presentem paginam inspecturis seu audituris, quod *Albertus dictus Widereve* miles & *Alveradis uxor ejus*, *Conradus & Gottschalckus eorum filii*, *Luthgardis* & *Heidewigis filie* eorundem in nostra presentia & de nostra permissione cum voluntate & consensu omnium suorum heredum, mediantibus probis & honestis viris *Domino Regenhardo nobili de Ittere*, *Frederico de Horhusen* & *Joanne de Corbicke* Militibus, vendiderunt & assignaverunt pro quadam summa pecunie ei soluta omnia bona sua in *Risebedehusen* & in *Wederevenbercken* sita cum eorum pertinentiis in agris

agris cultis & incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis & piscationibus, religiosis viris Abbati & Conventui *Breidelariensis* monasterii possidenda perpetuis temporibus & habenda. Vendiderunt etiam eisdem religiosis viris totam suam partem decime ibidem site, pro summa pecunie ipsis plenarie persoluta, & quia predicta bona jure proprietario nostre ecclesie & nobis pertinebant, & ipse Albertus Wedereve miles, Alveradis uxor ejus, Conradus & Gotschalckus eorum filii, Ludgardis & Hardewigis filie eorundem, eadem a nobis tenuerunt, ipsa bona cum suis pertinentiis, & prefatam partem decime etiam cum suis pertinentiis, nobis penitus & libere & absolute resignaverunt & ad manus nostras transtulerunt, cedentes omni juri suo in predictis bonis habito vel habendo, nos suis precibus una cum predicto Domino Regenhardo nobili de Ittere suppliciter ammonentes rogaverunt, ut & nos Abbati & Conventui predicti monasterii dignaremus predicta bona & prefatam decimam cum suis pertinenciis conferre & appropriare &c.

Datum anno Domini MCCLXV Indictione VIII. Testes qui aderant de Amelungeschen & filius ejus Herboldus, Hermannus de Niggenkirchenn, Gerebertus de Lutmersen, Henricus de Medercke, & plures alii fide digni.

CLXXVIII.

Reinhard Herr von Itter, und seine Söhne, übergeben dem Abt Alexander in Breidelar ihren Hof in Rischedehusen.

d. 28. Dec. 1265.

In nomine sancte & individue trinitatis. Omnibus hanc literam visuris *Regenhardus miles Dominus castri in Ittere* pacem diligere & veritatem. Acta hominum quia cito vergunt in oblivionem & in nihilum, quod juxta decreta seniorum literarum testimonio sigill. & testibus fulciantur, presentibus & futuris notum esse cupimus presentium tenore publice protestantes, quod *ego & Henricus, Conradus & Theodoricus filii mei* & heredes unanimi consensu & voluntate *curtem nostram in Rischedehusen* sitam, jure veri dominii & libertatis ab omnibus progeneratoribus nostris ad nos legitime devolutam & quiete possessam, Domino *Alexandro* Abbati in *Breidelar* & suo conventui Ordinis Cisterciensis solemniter contulimus & dedimus proprietario jure sicut nos possedimus pacifice possidendam, ita sane ut annuam ipsam nobis & heredibus nostris solverent pensionem duodecim videlicet modios siliginis & totidem avene Corbeccensis mensure; quam pensionem, quia pro majori nostra utilitate vendere decrevimus Abbati & Conventui monasterii dicti, convenimus, ut si eam emere vellent libenti animo assensum preberemus, super quo ipsi habito consilio *Corbecke* adierunt, comparantes ibidem a nobis mediantibus probis Viris eandem pensionem titulo emtionis pro triginta & tribus marcis legalium denariorum, quos integre nobis persolverunt & in continenti, & nos statim cum eadem sum-

ma restaurum hujus pensionis comparavimus *ab Hermanno patruo nostro dicto & de Itter* decimam in *Rikesbreck* longe nobis fructuosiorem, quam predictam pensionem. Ea propter presatam curtem cum pensione & omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis & incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus sicut nos antiquitus libere possedimus, ita quoque contulimus & dedimus favorabiliter beate Marie virginis gloriose Cœnobio memorato & fratribus ibidem Domino famulantibus libere & quiete proprietario jure perhenniter possidendam; plurimum ipsis de eadem faventes possessione, omni juri nostro sive advocatione exactionis vel petitionis in eadem curte aut pensione habito cedentes absolute, & hec cessio uti moris est secularis, ibinam fuit confirmata. Sed & hoc manifestissimum profitemur, heredibus nostris tam feminis quam masculis consentientibus universis, quod eosdem Fratres in possessionem ejusdem curtis introduximus & ipsis super prestabimus cum favore & curte sepedicta & pensione veri domini plenariam & perpetuam Warandiam. Ut autem hujus emptionis contractus ratus in eventum & inconvulsus apud nos & heredes nostros permaneat, presens scriptum eximium conscribi fecimus, & sigilli nostri impressione primitus communiri, insuper ad majorem firmitudinem Sigilla *Friderici* militis de *Harbusen* & consulum antique civitatis & nove in *Corbicke* rogavimus confirmari.

Acta sunt hec anno domini MCCLXV. indictione VIII, in die sanctorum innocentium. Hujus rei testes sunt: *Hermannus* in *Horgeringhusen* Plebanus, *Jrorimus de Reckeringhusen*, *Wigandus de Lellebecke* Milites, *Walterus Comes* magister consulum (civium) in Corbecke, *Joannes Kempe & Wernerus* Fratres, *Conradus de Langele*, *Albertus Wedereve*, *Everhardus Firtag*, *Henricus de Balebern*, *Henricus* magister consulum nove civitatis, *Joannes* frater suus, *Bernhardus de Othmaringhusen*, & alii quam plures.

CLXXIX.

Die Landgräfin Sophia nimmt mit Landgraf Henrich, ihrem Sohne, das Kloster Haina in ihren Schuz.

d. 31. Dec. 1265.

Nos *Sophia* filia beate Elyzabeth, relicta quondam Ducis Brabantie, & *Heinricus* filius noster *Landgravius Dominus Hassie*. Cum ecclesia de *Hegene* Cisterciensis Ordinis Maguntine Diocesis, & viri religiosi inibi Domino famulantes multa per Diaboli ministros sustinuerint & adhuc sustineant incommoda & rapinas, & sic eorundem injuriis subjaceant & pressuris, quod vix ab ipsorum tumultibus & insultationibus valeant suspirare. Nos igitur eorum cupientes tribulationibus subvenire, præfatam ecclesiam, & singulos ac universos degentes ibidem, cum omnibus bonis eorundem nostre subjicimus tuitioni, volentes & districtius precipientes, ut omnes nostri officiales & amici eos & eorum res tanquam nos & nostra bona cum omni sinceritate fideliter promoveant & tueantur.

Datum

Datum apud *Marpurg*, anno Domini millesimo CCLX quinto in die *Silvestri* Pape & Martiris. Ut autem prehabita ab omnibus inviolabiliter observentur, presentem paginam dedimus eisdem sigillorum nostrorum munitione roboratam. *

CLXXX.

Landgraf Henrich freiet auf Bitten der Stadt Homberg einen Hof in Eldensdorf.

d. 18. März 1266.

Nos *Henricus* Dei gratia *Landgravius terræ Hassiæ* nostro & hæredum nostrorum nomine præsentibus profitemur, quod de speciali gratia & favore, quibus fideles nostros dilectos opidanos in *Homburg* prosequimur, eisdem quandam curiam in *Eldensdorff* sitam, apud fratres dictos die Staubenacker per præfatos nostros opidanos emptam, cum suis attinentiis libertavimus, & præsentibus favorabiliter libertamus, dantes ipsis has literas nostro sigillo sigillatas, sub anno domini millesimo CC. sexagesimo sexto, quinta feria ante festum Palmarum.

CLXXXI.

* In eben dem Jahr 1265 nimmt Landgraf Albrecht zu Thüringen und Pfalzgraf zu Sachsen den Graf Gottfried zu Ziegenhain aus sonderer Freundschaft zu seinem Helfer und Diener gegen jedermann, und sonderlich gegen den Landgraf zu Hessen und Herzog zu Braunschweig an, und verschreibt ihm dagegen an Dienstgeld, was sein Vetter Hermann zu Homberg billig erachten werde. — Gerlacus Advocatus dictus de Keseberg bekennt, daß er von seiner Forderung an das Kloster Haina, wegen der in seiner Comicia in Geismar gehörigen beiden Dörfer Loelbach und Aulisburg, abstehe, doch vorbehaltlich der peinlichen Gerichtsbarkeit und der dafür aus beiden Dörfern fallenden Gebühr, nemlich 1 Malter Hafer für ihn selbst, und ein halbes für den Blutschreyer d. in die Martyrum Proti & Hiacynthi (11. Sept.), welches eben dieser Gerlach hernach auf einem zu Hoenfels gehaltenen Tage bestätigte. d. Dominica ante festum Martini (10. Nov.). — Die Grafen Siffried von Wittgenstein und Widekind von Battenberg resigniren das Gericht über die Dörfer Winterscheidt und Lichtenscheidt, das Bruno Ritter (miles) von Gerbigeshagen bisher von ihnen zu Afterlehen getragen, nun aber dem Kloster Haina übergeben, und ihnen dagegen 10 Schillinge (solidos) im Dorf Mumberg bei der Linden lehnbar gemacht, den Grafen Walram und Otto von Nassau als Oberlehensherrn, mit der Bitte, erwähnte Uebergabe und Ersatz zu genehmigen, d. infra octavam S. Andreæ (1-7. Dec.)

CLXXXI.

Dechant und Kapitul zu St. Stephan in Mainz vertragen sich mit dem Kloster Hachborn wegen der Kirche zu Ebsdorf.

d. 2. Nov. 1267.

Walterus Decanus & Capitulum ecclesie sancti Stephani Magunt. Noverint universi, quod cum bone memorie Dominus *Syfridus* senior Archiepiscopus Magunt. inter ecclesiam nostram ex parte una & cenobium in *Habegebornen* ex altera taliter duxerit ordinandum, ut si quando cenobium ipsum in solutione deficeret pensionis quatuor marcarum, quas nobis ratione ecclesie nostre in *Ebelzdorph* consuevit solvere annuatim, ecclesia ipsa ad nos continuo redire deberet, contradictione ipsius cenobii non obstante, & nunc de novo ipsum cenobium penam inciderit supra scriptam, nos victi precibus virorum Deum timentium penam ipsam ei ista vice relaxavimus sub hac forma, quod predictis quatuor marcis unam marcam nobis annis singulis superaddant, ita quod tres marcas Colon. infra octavam sancti Martini & residuas duas tempore synodi, que in septimana post ascensionem domini celebrari consuevit, persolvant conditionibus & penis aliis, que in prefati Archiepiscopi litteris super hoc conscriptis plenius continentur, in suo robore duraturis. In hujus rei testimonium damus ipsi litteras has sigillo nostre ecclesie communitas.

Actum IIII. Nonis Novembris anno domini MCCLXVII. *

CLXXXII.

Ludolph von Plesse verkauft dem Kloster Höckelheim den Zehnten, die Vogtei und sieben Huben (mansi) landes in Höckelheim, samt einigen Güthern in Radolfshausen.

d. 17. Aug. 1268.

In nomine Domini Amen. *Ludolfus* Nobilis de *Plesse* - - constare cupimus tam presentibus quam futuris, nos una cum consensu communi heredum nostrorum, presentibus nobilibus viris consanguineis nostris, videlicet *Godescalco*, *Widekindo*, *Hermanno* & *Gerbardo*, nec non pluribus viris ydoneis

* Notum sit — quod ego *Walterus* miles dictus de *Nordeckin* & *Lutcardis* uxor mea — omnia bona nostra sita in villa *Mulebach*, item in *Antreffa* unum mansum, item omnia bona nostra sita in *Rocbinberg*, item omnia bona nostra sita in *Wizela*, item bona nostra sita in *Alstatb*, item molendinum nostrum situm in villa *Clein* — donavimus Abbati & Monachis — in *Haginebe* &c. Dat. & act. *Marpurg* anno Domini MCCLXVII. XVII. Kalend. Jan.

ydoneis & honestis, decimam in *Hokelhem* integraliter vendidisse cenobio ejusdem ville, ac patenti littera nostra ad manus Domini Archiepiscopi *Werneri* Moguntini, suique Conventus, a quibus jure hereditario eandem in feodo tenuimus, resignasse, ita sane tamen, quod respectu divine retributionis memoratam decimam conferrent Conventui Ordinis Cisterciensis inibi commoranti &c. *

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCLXVIII. XVI. Kal. Septembr.

CLXXXIII.

K. Richard erlaubt dem Kloster Selbold, gewisse Reichslehnbare Zehenden in Grinda an sich zu kaufen.

d. 23. Mai 1269.

R*ichardus* Dei gratia Rhomanorum Rex, semper Augustus. Universis sacri imperii Rhomani fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Cupientes dilectos fideles nostros religiosos viros Prepositum & Conventum monasterii in *Selbold*, Premonstratensis Ordinis, speciali prosequi gratia & favore ipsorum benignis supplicationibus inclinati, ut quasdam decimas, dandas in villa que dicitur *Grindaw*, que a quibusdam militibus & hominibus ab Imperio tenentur in feudum, ab eisdem militibus & hominibus usque ad summam quadraginta maldrorum annuatim, ad mensuram Francofordensem, eorum pecunia emere, vel cum aliis bonis eorum licite commutare valeant, eisdem Preposito & Conventui liberam authoritate presentium concedimus facultatem. In cujus rei testimonium presentes literas exinde conscribi & sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum *Francofurti* XXIII. die Maji, indictione XII. anno domini MCCLXIX. Regni vero nostri anno duodecimo. **

CLXXXIV.

* Der Erzbischof Werner von Mainz giebt seinen Lehensherrlichen Konsens anno Domini MCCLXIX. XV. Kalend. Januarii.

** In eben dem Jahr verzieht *Guntramus* Pincerna dictus de *Schweinsburgk* für sich und seine Söhne Guntram, Hermann und Eberhard gegen das Kloster Haina auf alle Ansprüche an den Zehenden in Heimbach. — *Craffto* dictus de *Schweinsburgk* bezeugt, daß Henricus dictus filius Diaboli, und dessen Brüder Konrad und Hermann, allen Ansprüchen an das Kloster Haina wegen Güthern in Hadewercken entsagt. d. in vigilia Epiphaniæ Domini (1. Jan.) — (Im J. 1274. kommt Bertha als Wittwe des Craffto miles de Schweinsburg vor, und schenkt dem Kloster Haina, mit Einwilligung ihrer Kinder, Güther in Holzhusen. d. in die purificat. Marie.) — Graf Gottfried von Ziegenhain bekennt, daß Volpert Schwerzel den Zehenden in GrosenWillingshausen von dem Bruno erkauft, und diesem dagegen eine Mühle in Monscheid und Güther in Sigebarterode eingegeben, welche Güther darauf Bruno mit seiner Lehensherrlichen Bewilligung dem Kloster Haina übergeben habe. d. VI. Id. Nov. (8. Nov.)

CLXXXIV.

Graf Gottfried von Ziegenhain verkauft den Johanniterrittern zu Nidda Güther in WaldCappel.

d. 10. Febr. 1270.

Cum labilis hominum sit memoria necessarium est, ut ea que aguntur in tempore litterarum serie ad eorundem hominum memoriam revocentur. Noverint igitur tam presentes quam futuri tenorem presentium inspecturi, quod nos *Godefridus Comes de Cygenhain* communicata manu *uxoris nostre H. dicte de Castele* bona nostra villam scilicet in *WaltCappele* cum jurisdictione, agris, pratis, nemoribus, & aquis, & pascuis & cum attinentiis universis, cum omni jure quo nos & progenitores nostri possedimus pacifice & quiete, vendidimus fratri *Heinrico de Firstinberg* magno Preceptori sancte Domus Hospital. Jerosolimitane per Alemanniam & Fratribus *in Nythebe* Domus ejusdem pro CCC tis XXXV. marcis Coloniensis monete, de consensu venerabilis domini Abbatis & Capituli Fuldensis ecclesie, que in feodo tenuimus ab eadem, jure proprietario possidenda, nos vero de eadem pecunia pro remedio anime *patris* nostri beate memorie & ob reverentiam sancte terre CC tas marcas indulsimus Fratribus antedictis, sicut a curia Romana auctoritate manifesta eisdem Fratribus est concessum.

Acta sunt hec consciis viris religiosis fratre Th. dicto de Appolt & fratre Wig. gard. & fratre Rudolfo & presentibus *Bertoldo* nobili viro de *Liebesberg* & *Wigando* de *Nythebe*, & *H.* dicto *Umezegin* & *Wezelo* de *Guntharteskirchen* & *Wigando* de *Treise* Militibus, & Heinrico Notario Domini Comitis & Mordungo, & Wernhero Muntergiso, & quam pluribus aliis. Ut autem hec rata & inconvulsa permaneant sigillis venerabilis Domini Abbatis *Berthoi* & Capituli Fuldensis Ecclesie, nostro & uxoris nostre, presentes litteras fecimus communiri.

Datum anno Domini MCCLXX. ipso die Scolastice Virginis. *

CLXXXV.

* Abt Berthohus von Fuld stellt einige Tage darauf in die beati Valentini Martiris (14. Febr.) seine lehensherrliche Einwilligung noch besonders aus. — Ludwig von Rumrod, Richolf sein Sohn, und seines Bruders Henrichs Sohn Albert, verkaufen dem Kloster Haina den halben Zehenden in Salmanshausen, mit der Anzeige, daß sie dem Grafen von Ziegenhain Güther in Gozingen zu Lehen aufgetragen. d. VII. Cal. Maji. Hieraus verbessern sich einige Lesarten der Ziegenhainischen Bestätigungsurkunde vom J. 1275. in Kuchenbeckers Anal. Hass. Coll. XI. p. 165.

CLXXXV.

Die Dynasten von Plesse privilegiren das Kloster Höckelheim, von ihren Erb- und Lehengüthern nach Belieben, und zu allen Zeiten, an sich zu kaufen.

1270.

In nomine sancte & individue trinitatis. Nos *Godescalcus* & *Otto fratres* Nobiles de *Plesse*, nos inquam Godescalcus cum filiis nostris *Hermanno*, *Ottone* & *Cherhardo*, nos vero Otto cum filio nostro *Henrico* - - Ecclesiam Sanctimonialium in *Hokelhem* - -, omnium successorum nostrorum inviolabili observatione, ita liberam reponimus & nostris elemosinis dotamus, quod singularem proprietatem bonorum nostrorum in ipsam ecclesiam transferimus, que bona a nobis & successoribus nostris, aut a nostris & successorum nostrorum feodalibus, quocunque tempore poterunt comparare, ob ecclesie conservationem id pro tanto facimus, *ut ad nullius Principis dominium propter proprietates acquirendas compellantur se transferre*, cum etiam propter favorem specialem, quia *filias* nostras & *cognatas* in eadem ecclesia Domino famulantes - habemus, ad cujus donationis observantiam tam nos, quam nostros heredes succedentes in perpetuum volumus esse firmissime obligatos. In hujus rei inviolabile testimonium ipsis sigillatum dedimus presens scriptum, quod sigillum omnes approbamus, & eo solum sicut autentico contenti sumus. Testes evidentis facti sunt Dominus *Thidericus* Abbas in *Steyna*, *Johannes* Plebanus in *Stocheim*, *Johannes* Plebanus in *Ybere*, *Johannes* in *Landolveshusen*, *Johannes* Plebanus in *Edigbehusen*, Clerici. *Georius* de *Wecliffe*, Miles. *Henricus* de *Sucheym* & *Clawe*, Famuli, & alii quam plures fide digni.

Datum anno Domini MCCLXX.

CLXXXVI.

Landgraf Henrich bezeugt, daß Henrich von Utershausen allen Ansprüchen an das Kloster Haina entsagt habe.

d. 6. Mai 1271.

H*enricus* Dei gratia *Landgravius & Dominus Hassie*. Notum fieri cupimus universis, presentem paginam inspecturis, quod, cum *Henricus* dictus de *Utershusen* actionem & lites haberet adversus ecclesiam in *Hegene* & fratres ibidem Domino famulantes, super ecclesia, decima & bonis in *Lintdorf* sitis, & eorum attinentiis; item super decimis in *Alboldesberge* & in *Olbeze*, nec non super bonis in *Aldindorf* & in *Grimimbach* sitis, cum omnibus eorum pertinentiis, que *Henricus* de Uters-

Utershusen bone memorie patruus ejusdem Henrici, una cum legitima sua *Bertha*, ob honorem Jehsu Christi & reverentiam gloriose Virginis Marie, nec non ob anime sue remedium & salutem, dicte ecclesie dinoscitur contulisse, consilio amicorum suorum prehabito sufficjenti, ad instantiam Domini Abbatis & Conventus in Hegene predictis bonis & insuper omni actioni, que sibi super decimis in *Renbartisban* & in *Bercheim*, super quibusdam bonis in *Lintdorf* & in *Grusen* sitis, vel alias quocunque modo adversus dictos fratres competere videbatur, *coram nobis abrenuntiavit* pure & integraliter excluso penitus omni dolo.

Actum in *Homberg* pridie Nonas Maji anno Domini millesimo ducentesimo septuagésimo primo. In cujus rei evidentiam, ad petitionem ipsius Henrici, presentem literam sigillo nostro duximus roborandam. *

CLXXXVII.

Graf Ludwig von Ziegenhain überträgt die von Gerlach von Rulkirchen verkaufte lehnbare Güther in Reilshausen auf dessen Bitte an Denhard von Hembach, und Craffto von Hatzfeld.

d. 5. Mai 1272.

Ludewicus Dei gratia Comes in Ciginhan universis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum *Gerlacus de Rulekirchen* vendiderit *Denhardo de Hembach* universa bona sua in *Reilshusen* sita cum omni integritate & pertinentiis universis, que a nobis habere dinoscitur titulo feudali, filiorum ac filiarum suarum cum consensu quibus sors in ipsis competere videbatur, & contractus idem sine nostro consensu nequeat stabiliri, nos ad instantiam ipsius *Denhardi* ac amicorum suorum emtioni quam diximus consentimus tenore presentium protestantes, quod bona no - - - eadem resignata dicto *Denhardo* & *Crafftoni de Hapisfeld* sororio suo feodali jure contulimus possidenda, his tamen conditionibus interjectis, ut si ecclesia de Hegene & Fratres ibidem Domino famulantes bona eadem ab ipsis quocunque modo poterunt adipisci, ratum habemus & gratum tenore presentium protestantes, quod bona prehabita singula & universa dicte ecclesie conferre permisimus proprietatis jure perpetuo possidenda.

Actum in *Treyse* feria quinta post diem Apostolorum Philippi & Jacobi anno Domini millesimo ducentesimo LXXII. Presentes fuerunt *Conradus Cruch*, *Conradus de Lunisfelde*, *Hermannus de Rukirs-*

* In eben dem Jahr erlaubt Graf Gottfried von Ziegenhain dem Kloster Haina in jurisdictione & Dominio suo Waldolfesdorf einen Hof (curtis) zu erbauen, und befreit denselben von dem Grebenhaber und Fastnachtshünern. d. V. Id. Mart.

Rukirshusen, *Ropertus de Serekisbach*, Milites; *Ludovicus* Waltvogel Dapifer noster, *Conradus* dictus *Fras*, *Wigandus* frater ejus, *Rudolphus Cruch*, *Bruno* dictus *Bucforge*, armiger, *Rudolphus* Scultetus noster in Treyse, *Hermannus* Scultetus noster de *nova civitate*, & alii quam plures. Ut autem hec donatio nostra firma permaneat & illesa, presentem paginam dedimus eisdem Sigilli nostri munimine roboratam. *

CLXXXVIII.

Engelhard der ältere und jüngere von Weinsberg bescheinigen den von Philipp und Werner, Herrn von Falkenstein, empfangenen Kaufschilling für ihr Münzenbergisches Erbtheil.

d. 31. Dec. 1272.

Nos *Engelbardus* senior & *Engelbardus* junior de *Winsberg* ad universorum notitiam præsenti pagina cupimus pervenire, quod a nobilibus viris *Philippo* & *Wernero* Fratribus de *Falckenstein* pro hæreditate a Domino de *Mintzenberg* ad nos devoluta, quam ipsis vendidimus, mille & octingentas Coloniensium denariorum recepimus. Dictos itaque fratres de *Falckenstein*, & fidejussores pro ipsa pecuniæ summa nobis obligatos, præsentibus pronunciamus & dicimus liberos & solutos. Ut autem hæc rata & manifesta permaneant, præsentem literam fratribus de *Falckenstein* sigillorum venerabilis Domini nostri Wormaciensis Episcopi, Capituli majoris ecclesiæ ibidem, nostro nec non civitatis Wormaciensis muniminibus fecimus roboratum.

Datum *Wormacie* in die B. Sylvestri anno Dominicæ incarnationis MCCLXXII.

CLXXXIX.

Abt Johann zu Hersfeld überträgt die ihm von Graf Gottfried von Reichenbach resignirte Vogtei über Wara und Langendorf an die Gräfin Hedwig von Ziegenhain und ihre Erben.

1273.

Johannes Dei gratia *Hersfeldensis* Ecclesie Abbas presentibus recognoscimus publice protestando, quod ad instantiam nobilis viri Comitis *Godfridi* de *Rychenbach* Advocatiam villarum in *Wara* &

* In eben dem Jahr bekennt Friedrich von Slidese, daß er Graf Gottfrieds von Ziegenhain hinterlaßnen Wittwe Hedwig, und deren Sohn Gottfried, gegen ihre Feinde behülflich seyn wolle, wofür sie ihm 21 Mark Pfennige auf ihre Güther in Holzmansfeld anweißt, auch ihm 4 Pfund Achner Pfennige zum Burglehn giebt.

& in *Langendorf* cum omnibus suis pertinentiis, nobis a dicto Comite resignatam, nobili Matrone *Helewigi* Comitisse relicte *Comitis Godefredi* pie memorie *de Cygenhain*, suisque pueris, tam *filio* quam *filiabus*, jure feodali contulisse perpetuo possidendam. Quod ut hoc a nullo possit irritari - - presentem paginam nostri munimine sigilli duximus roborandam.

Datum *Hirsfeldia* anno MCCLXXIII. XIX. Kal. Febr.

CXC.

Abt Konrad von Schlüchtern übergiebt an Reinhard, Herrn von Hanau, die St. Laurentius-Kapelle, samt einem Haus und Hofraithe, unter der Bedingung, in lezterer keinen Burgbau aufzurichten.

d. 25. Jan. 1274.

Nos *Conradus* Dei gratia *Solitariensis* Ecclesie Abbas & Conventus ibidem tenore præsentium ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nobili viro Domino *Reinhardo de Hagenowe*, *Adilheidi* uxori suæ & ipsorum hæredibus, ob grata obseqnia & promotiones, quæ Ecclesiæ nostræ impendere potest, capellam sancti *Laurentii* & domum, quæ domus hospitum nuncupatur, cum area circa ipsam sita, concedimus perpetuo hæreditarie possidendas rati conditione adjecta, ut in prædictis capella, domo, aut area, nullam Castrensalem structuram faciant sine nostro & Capituli voluntate, nisi quantum sepibus & propugnaculis muniri possunt, contra malignorum hominum versutias & incursus. Et ut hæc præscripta præfato nobili, uxori suæ, & ipsorum hæredibus, rata & indecissa a nobis & a nostra Ecclesia observentur perpetuo, præsentes damus sigilli nostri, videlicet Cunradi Abbatis & nostri Capituli robore communitas.

Acta sunt hæc præsentibus *Ludewico Sparwaßer*, *Cunrado Stengerich*, *Heinrico de Morsberg*, *Wigando de Steinheim*, Monachis; *Reinhardo de Jazza*, *Erckenberto*, *Hermanno*, *Joanne* fratribus de *Hutten*, *Hermanno*, *Kunnone*, *Ulrico* fratribus de *Steckelnberg*, *Hohelino*, *Henrico* de *Alsbach*, & aliis quam pluribus. Anno Domini MCCLXXIV. in conversione beati Pauli.

CXCI.

Benannte Herrn von Plesse schenken dem Kloster Höckelheim Güther in Radolfshausen.

1274.

In nomine sancte & individue trinitatis. Nos *Godescalcus* & *Widekindus* Nobiles de *Plesse*, filiique nostri *Hermannus*, *Otto* & *Gerhardus*, ceteris nostris coheredibus voluntarie consentientibus

nostro

nostro voto, Ecclesie in *Hokelhem* VII. mansos sitos in campo ejusdem Ecclesie -, & tres mansos in villa *Radolvesbusen* - pro centum & viginti marcis examinate pecunie vendidimus &c. Cujus rei testes sunt: Dominus *Thidericus* Abbas de *Northeim*, Dnus *Thidericus* Abbas de *Steine*, Dnus *Everhardus* Prepositus de *Wenede*, Dnus *Sifridus* Prepositus in *Wicberneshusen*, Dnus *Johannes* Judex de *Northene*, Dnus *Thidericus* de *Besinge*, Dnus *Johannes* de *Stocheim*, Magister *Hildebertus*, Dnus *Georius* de *Wettessen*, Dnus *Grubo*, Dnus *Conradus* de novali.

Acta sunt hec anno Domini MCCLXXIV.

CXCII.

Erzbischof Werner von Mainz willigt in die Uebertragung des Klosters Haugk an einen andern Ort.

d. 11. März 1274.

Wernherus Dei gratia sancte *Moguntinensis* Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, dilectis in Christo Abbatisse & Conventui Monasterii in *Haugk*, Cisterciensis ordinis, nostre Diocesis, salutem in Domino. Exhibita nobis vestra petitio continebat, quod in loco, in quo Monasterium vestrum situm existit, non modicum habeatis defectum in aqua & quibusdam aliis, sine quibus non potestis ibidem Domino commode famulari, propter quod nobis humiliter supplicastis, ut ad transferendum Conventum vestrum ad locum pro sustentatione vestra magis habilem vobis licentiam largiremur. Nos itaque precibus vestris, quantum cum honestate possumus, annuentes, vobis postulata concedimus presentium testimonio literarum, ita tamen, quod Capella in *Haugk* per translationem hujusmodi debitis non careat officiis divinorum.

Datum *Moguncie* V. Idus Marcii, Anno Domini MCCLXXIV.

CXCIII.

Bischof Berthold von Würzburg belehnt die verwittwete Gräfin Hedwig von Ziegenhain, und Gottfried ihren Sohn, mit Güthern in Sulzbach.

d. 11. Aug. 1275.

Bertoldus Dei gratia *Herbipolensis* ecclesie Episcopus universis ac singulis hanc paginam inspicientibus salutem & sinceram in Domino caritatem. Ad notitiam perveniat, quod nobili Comitisse *Hedewigen* relicte nobilis viri *Godfridi Comitis de Zigenhain* & filio ejus *Godfrido* Zigenhainensi pie devotionis affectu bona in *Sulzefeld* contulimus ab ecclesia nostra que a predecessore nostro felicis recor-

recordationis venerabili patre & Domino nostro *Jringo* Episcopo - feudo receperunt, ita duntaxat ut quidque jurisdictio feudorum dictaverit exequatur, & nos vice versa ad rectam defensionem & omnem intr - - debemus efficaciter promotioni. Ne autem super literis ipsis ab aliquibus gravamen imposterum oriri posset, presentem paginam decrevimus nostro sigilli munimine roborari.

Datum anno Domini MCCLXXV. in dominica ante assumtionem beate Regine, Pontificatus nostri anno primo.

CXCIV.

Die Grafen Siegfried und Widekind von Wittgenstein befreien Güther in Siberterode von der Lehensverbindung.

d. 13. Aug. 1275.

Sifridus Dei gratia Comes in *Widechinstein* & *Widekindus*, frater ejusdem, universis presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum *Ludewicus de Marpurg*, & *Godefridus* frater suus contulerint ecclesie in *Hegene*, pro remedio animarum suarum, bona sua in *Segewarterode*, solventia septem solidos annuatim, que a nobis tenuerunt titulo feodali, & donatio talis sine nostro consensu nequeat stabiliri; nos ob favorem dicti monasterii donationi, quam diximus, consentimus, tenore presentium protestantes, quod dicti fratres nobis bona eadem resignarunt dantibus nobis in possessionem perpetuam ecclesie supradicte. Verum ne legitima nostra donatio a quoquam in posterum irritetur, sed ab omnibus perpetuo inviolabiliter observetur, presentem paginam dedimus eisdem Sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Anno Domini MCCLXXV. Idus Augusti.

CXCV.

Bischof Bertholds zu Würzburg lehensherrliche Einwilligung, daß Ludwig von Isenburg benannte Güther in Eickerhaußen, und den Kirchsatz daselbst, dem Kloster Marienborn übergebe.

d. 26. Febr. 1276.

In nomine sancte & individue trinitatis Amen. *Bertholdus* Dei gratia Episcopus *Herbipolensis*. Noverint universi presentium inspectores, tam presens etas, quam futura posteritas, quod cum *Ludovicus* de *Ysenburgk*, nobilis ac honesta Matrona *Helwigis* ejusdem *Ludovici* coniunx, dono gratie sancti spiritus inflammati, tres mansos in villa *Eckertzhaussen*, & jus patronatus parochialis

ecclesie in eadem villa, que siquidem bona *Ludovicus* ac *Helwigis* jam dicti a nobis & ecclesia nostra in feodo tenuerunt, Monasterio Conventus Sororum *Fontis sancte Marie*, Cisterciensis Ordinis, Moguntine Diocesis pro suarum animarum remedio & salute tradiderint liberaliter & donarint, quia *Ludovicus* & *Helwigis* predicti sex mansos eorum in *Budingenn* sitos, quos apud *Hartmannum* de *Buches*, sibi proprio suo proprietatis titulo compararunt, coadunatis eorum manibus ad manus nostras libere resignantes, eos in supradictorum bonorum prefato monasterio ab ipsis donatorum vicem pariter & recompensam de manibus nostris nomine feodi receperunt. Nos ipsius *Ludovici* ac *Helwigis* ejus conjugis devocionem oculo paternalis clemencie contemplantes &c.

Actum & datum *Herbipoli* anno Domini MCCLXXVI. quinto Kalendas Marcii, Pontificatus nostri anno secundo.

CXCVI.

Berthold und Konrad, Herren von Lißberg, verleihen dem Kloster Meerholz einen Theil des Zehendens in Meerholz.

d. 13. März 1276.

Bertoldus & *Conradus* Domini de *Libesberg* dilectis in Christo Magistre & Conventui Ecclesie *Miroldensis*, *Maguntine* Diocesis in perpetuum. Vestris profectibus favorabiliter intendere cupientes, partem decime in villa *Miroldum*, quam *Erpho* Diaconus de *Orbaha* in feodo a nobis tenuit, solventem singulis annis siliginis maldra quinque, vestre ecclesie & vobis, in augmentum prebendarum vestrarum, cunctisque personis in loco vestro Domino servituris, liberam & solutam dimittimus & conferimus sine omni contradictione & impedimento perpetuis temporibus possidendam, ad deponendum omne inpedimentum, quod a nostris successoribus vel ab aliis quibuscunque posset vobis in posterum suscitari, dantes vobis has litteras, nostris sigillis munitas.

Datum anno Domini MCCLXXVI. III. Idus Marcii. *

CXCVII.

* In eben dem Jahr giebt Graf Ludwig von Ziegenhagen die ihm a nobili viro de Rolkirchen aufgelaßne Hälfte des Zehendens in Hermannshain auf dessen Bitte an Siffried von Omesahe. d. Ziegenhain ante Capellam in vigilia b. Georgii (22. April), und dem Kloster Haina den halben Zehenden in Fuckerade, den ihm Conradus & Ludovicus fratres de Marpurg in dieser Absicht resignirt hatten. d. Ziegenhain V. Id. Nov. (9. Nov.) — *Hediwigis Comitissa de Castele* relicta Comitis Godefridi de Zigenhain, *Godefridus* filius ejusdem Comes de Zigenhain, *Bertha* & *Jutha* filiæ ipsius bestätigen dem Kloster Haina alle in den zur Vogtei Wohra gehörigen Dörfern Langendorf, Schwincff und Saimbach gemachte Erwerbungen, unter der Gräfin und ihres Sohns Insiegel. d. Idus Maji. — Eben so auch die Erwerbungen in der Vogtei Grüssen. d. Rauschenberg.

CXCVII.

Arnold und Walther mit ihren Hausfrauen entsagen gegen das Kloster Altenburg ihren Rechten auf Güther in Bernhausen. d. 6-13. Mai 1277.

Nos *Arnoldus Mechtildis - Waltherus Albeidis*, uxores nostre, omnibus hanc litteram visuris significamus ac tenore presentium publice protestamur, quod nichil juris habemus in bonis *Bernshusen* que sunt ecclesie in *Aldenberc*, que *Hartmudus* coluit & possedit, nisi quod in predictis bonis a festo cathedre Petri nunc instante quiete sedebimus ad annum jure colonario pro annuo censu videlicet IV. sol. & VI. den. plaustrum feni, talentum cere, quo transacto ipso die festi antedicti eadem bona ad ecclesiam in *Aldenburc* sine aliqua contradictione vel impedimento libere & absolute revertentur. Testes hujus facti sunt: *Widekindus junior de Widegenstein*, *Hermannus* Plebanus in Lasphe, *Sifridus de Terrenbach*, Eckehardus, Urowinus, Schabini de Lasphe, Ludewicus. In cujus rei testimonium sigillis Domini nostri *Comitis Sifridi de Widegenstein* & *sui filii* presentem cedulam communiter cum instantia petivimus roborari.

Datum & actum anno Domini MCCLXXVII. in cimiterio *Lasphe* infra ascensionem Domini. *

CXCVIII.

* Beide Siegel enthalten die Wittgensteinischen zwei schwarze Pfäle im silbernen Feld; das erste mit der Umschrift: S. Sifridi Comitis de Widekinstein, und eben so auch das andre, nur mit verändertem Namen, und, soviel an dem etwas beschädigten Rand wahrzunehmen, auch ohne den Titul eines Comitis. — In eben dem Jahr giebt *Bertous* Abbas Fuldensis, *Gilbertus* Decanus, *Fridericus* major Prepositus & totus Conventus die lehensherrliche Einwilligung in die von Graf Ludwig von Ziegenhain dem Kloster Haina geschehene Schenkung Advocatiæ judicii sive districtus in villis *Reinshusen* & *Schönenberg*, mit der Bedingung, daß das Kloster jährlich 3 Pf. Wachs zur Recognition in die Kammer des Abts nach Fuld liefere, d. Non. Mart. (7. März). — Ludovicus dictus Schleyer entsagt gegen das Kloster Haina seinem Recht auf die Zehenden zu Lolbach, Schweinsse und Siegenthal, d. Ruschenberg in die Urbani, (25. Mai). S. Domina *Hedewigis Comitissa de Ruschenberg.* — *Godefridus C. de Ziegenhagen* resignirt dem Abt von Fuld ein Afterlehn in Reylshusen, das ihm Gerlach von Rulkirchen aufgegeben, mit Bitte, es dem Kloster Haina zuzueignen, d. Roschkinberg Id. Jun. (13. Jun.) — *Henricus* D. G. *Landgravius Hassie* übergiebt dem Kloster Haina montem Castri sui in *Keseberg* in superiore & inferiore parte, nec non terminos antiquorum civitatum ibidem adiacentium, & quicquid juris in illo monte habuerat, d. in Castro Grunenberg in die Apostolor. Petri & Pauli (29. Jun.) — *Widekindus* Dei gratia *Comes in Battenberg* & *Elisabeth* contectalis ipsius entsagen mit Einstimmung ihres Sohnes Hermanns, und ihrer andern Kinder, ihren Ansprüchen an die Mühle zu Rodenau, zum Vortheil des Klosters Haina, d. in crastino S. Jacobi Apli (26. Jul.) — *Widekindus* Advocatus dictus de

CXCVIII.

Landgraf Albrecht von Thüringen wird von den Aebten zu Fuld und Hersfeld mit der Stadt Eisenach belehnt.

d. 10. Febr. 1278.

Albertus Dei gratia *Turingiæ Lantgravius* & Saxoniæ Comes Palatinus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem & bone voluntatis effectum. Recognoscimus & tenore presentium publice profitemur, quod civitatem *Isenach* cum omnibus suis pertinentiis, videlicet campis, agris, pratis, silvis, pascuis & molendinis, & omnem utilitatem eorundem, a venerabilibus Dominis nostris Abbatibus & Conventibus Ecclesiarum Fuldensibus & Hersfeldensibus feodaliter possidemus &c. Hujus recognitionis testes sunt venerabilis Dominus *Fridericus, Mersburgensis* Episcopus, Mathias noster Notarius, *Fridericus de Schonenbergk*, *Allexius de Widenborn*, & *Hoynemannus de Indagine*, Milites, & multi alii.

Datum in *Aldenbergk* Anno Domini MCCLXXVIII. die beate Scolastice virginis. *

CXCIX.

de Kesenberg, Lucardis uxor ejus & liberi (letztere werden in einer Bestätigungsurkunde vom J. 1280. Siffried, Adelheid, Ida und Ermgardis genennt) entsagen gegen das Kloster Haina allem Recht auf das Gericht Aulisberg und Lolbach, ingleichem auf die Zehenden in Lolbach, Königshusen, Siegenthal, Geiling und Eschebrach, und auf die Mühle in Lotheim, empfangen aber dagegen tauschweis vom Kloster eine Mühle im Wog, 1 1/2 Mark im Dorf Orcken, 1/2 Mark in Güthern in Alendorf, 1/2 Mark in Westoffen und Sustene, 5 Schilling in Ibenhusen, ehmals von seiner Mutter geschenkte Güther in Walchen rc., in præsentia *Domini nostri Widekindi & Dominæ nostræ Elisabethæ Comitissæ*, d. Battenberg. S. Widekindus Comes de Battenberg, Civitas in Battenberg, Civitas in Franckenberg, Widekindus de Keseberg. — Reinbodo de Poppendorf & Guta legitima ejus entsagen ihrem Recht auf Güther in Kirdorf, Erbenhusen und Zailach, die Dominus Gerhardus miles de Tubenthal & Mechtildis uxor ejus dem Kloster Haina übergeben. d. Id. Dec. (13. Dec.) *S. Helwigis Comitissa de Zigenhagen.*

* *Berthous* Abbas Fuldensis giebt seine lehensherrliche Einwilligung in die von Graf Ludwig von Ziegenhain dem Kloster Haina geschehene Schenkung bonorum & villæ *Glimenhain* excepta decima & allodio ejusdem villæ, doch unter der Bedingung, daß das Kloster jene Güther ohne seine Einstimmung nicht veräussere, auch zur Recognition seines Eigenthumsrechts jährlich 6 Pf. Wachs in seine Kammer nach Fuld liefere. d. XI. Kal. Sept. (22. Aug.)

CXCIX.

Henrich von Rumrod bezeugt, daß Ludwig von Ratenberg, und dessen Bruders Sohn ein Guth in Meynrod an die Johanniter in Grebenau verkauft.

d. 16. Aug. 1278.

Nos *Henricus de Rumerode* recognoscimus presentibus & ad universorum notitiam cupimus pervenire, *Ludewicum* Advocatum de *Ratenberg* communicata manu *Gerdrudis* uxoris sue, & *Johannem* filium fratris sui, dedisse predium situm in villa *Meynrod* honorabilibus viris Fratribus Hospitalis sancti Johannis in *Grevenowe* pro octo talentis denariorum Alsveldensis monete jure proprietario in perpetuum possidendum. Ne igitur memoratis fratribus in posterum in predio predicto oriri possit calumpnia, ante dictus Johannes fide data promisit quod pueri scilicet fratres ipsius sive sorores, postquam ad annos discretionis pervenerint, bonis renuncient memoratis, quod si non fecerint & dicti fratres impedimentum aliquod sive dampnum in predicta emptione sua ab eis vel ex parte Johannis sustinuerint, ipse Johannes in Alsveld se recipiet non egressurus, nisi dicti fratres fuerint de suis impedimentis totaliter expediti, & si, quod absit, Johannes contumax in predictis fuerit, fidejussores sui, videlicet Dominus *Richolphus de Rumerode* & nos requisiti omnem defectum supplebunt, sicuti dictis fratribus promiserunt, in cujus testimonium ad petitionem partis utriusque nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes hujus emtionis sunt *Fridericus de Slytese*, *Sifridus Cumph de Eisenbach*, *Wigandus de Screxbach*, Milites; *Reinhardus de Aldenburg*, *Eberwinus de Aldenburg*, *Wippodo de Aldenburg*, *Andreas de Heringen* Servi nobiles; Albertus de Rumerode, Fridericus Hazeche & Rudegerus dictus Scowenvuz Scabini in Alsveld, & Plebanus ibidem, & alii quam plures.

Datum anno Domini MCCLXXVIII. in crastino assumptionis beate Virginis.

CC.

Gottfried, Herr zu Eppenstein, verkauft an Wernern Herrn zu Münzenberg die Vogtei des Dorfs Ginsheim. *

d. 24. Mai 1279.

Gotfridus Dominus de *Eppenstein* & *Methildis* Collateralis ejus tenore presentium recognoscimus publice profitentes, quod nos dilecto nobis *Wernhero* Domino de *Mynzenberg* & suis heredibus

* Vergl. Th. 1. §. XIII. S. 131. not. q. In Gudeni Cod. Dipl. T. V. p. 965. wird die Rubrik dieser Urkunde angeführt, die indessen für hiesige Gegenden erheblich genug ist, um ganz gedrukt zu werden.

bus Advocatiam nostram in villa dicta *Gynnensheim* pro triginta marcis denariorum Coloniensium vendidimus manibus adunatis, tali tamen interposita conditione, quod si nos vel nostri heredes ei vel suis heredibus a festo sancti Martini venturo nunc proximo infra trium annorum spacium triginta marcas Coloniensium denariorum dederimus, ipsi, faciendo nobis in hoc amicitiam, Advocatiam prehabitam nobis reddent. Quod si facere neglexerimus infra tempus prenotatum, ipsi & sui heredes eam perpetuo possidebunt, in cujus rei testimonium & firmitatem presentem literam ei dedimus vel eis sigillorum nostrorum robore communitam.

Datum & actum in vigilia sancti Urbani anno dominice incarnationis MCCLXXIX.

CCI.

Hermanns von Spangenberg Burglehnsrevers an Erzbischof Werner von Mainz.

d. 2. April 1280.

Ego *Hermannus de Spangenbergk*, miles, presenti litera recognosco & ad notitiam universorum cupio pervenire, quod cum venerabilis pater Dominus meus *Wernherus* Archiepiscopus *Maguntinus* me acquisiverit in Castrensem perpetuum & adjutorem suum & ecclesie Maguntine pro ducentis marcis argenti terre Thuringie usualis, michique bona sua in *Falckene* titulo pignoris pro summa pecunie hujusmodi obligarit, jure cum patronatus predicte ville, piscaria & nemore ibidem, quod vocatur *Jberck*, exceptis; promitto eidem Domino Archiepiscopo pro me, *Friderico* & *Hermanno* filiis meis, quod in Castro *Hanensteyn*, aut in alia munitione sua, ubi maluerit, de ipsius consilio atque scitu unum Castrensem locabo, facturum pro me residentiam personalem, eique & successoribus suis contra quoslibet injuriatores ecclesie Maguntine, Domino *Alberto Lantgravio Thuringie* tantum excluso, consilio & auxilio teneor assistere bona fide. Preterea quandocunque dictus Dominus Archiepiscopus, aut ipsius Successores, bona hujusmodi pro predicta pecunia duxerint redimenda, ego & filii mei ipsis reddere absque difficultate & contradictione qualibet tenebimur, ipsam pecuniam pro viginti marcarum redditibus, sitis apud munitiones Maguntine ecclesie, conversuri, ipsasque XX. marcas, ab ipso Domino Archiepiscopo & successoribus suis, qui pro tempore fuerint, in Castrensi feodo debemus recipere & tenere. Ceterum si ego & mei filii antedicti ipsum feodum Castrense neglexerimus deservire & ecclesie Maguntine auxilium non prestiterimus & juvamen, prout superius est expressum, prescripta bona ad dictam ecclesiam Maguntinam absolute & libere revertentur.

tentur. In cujus rei testimonium & debitam firmitatem presentem literam sigillo meo pro me & meis filiis tradidi roboratam.

Datum anno Domini MCCLXXX. IV. Non. Aprilis. *

CCII.

Pfalzgraf Ludwig giebt zu den 400 Mark, die Konrad Herr von Lichtenberg seiner Gemahlin auf das Dorf Gotensheim als Ehgeld angewiesen, seine lehensherrliche Einwilligung.

d. 9. Nov. 1283.

Nos *Ludovicus* Dei gracia *Comes Palatinus Reni* Dux Bavarie publice profitemur, ac presentibus protestamur, quod nos obligationem per dilectum nobis fidelem nostrum *Conradum de Lichtenburch* de villa dicta *Gotensheim*, quam a nobis tenet in feodum, dilecte *matertere nostre filie nobilis viri Ludewici Ducis de Tekke, conjugi sue*, quadringentis marcis puri & legalis argenti ponderis Argentinentis civitatis, cum omnibus juribus & pertinentiis dicte ville, nomine seu vice donationis propter nuptias factam, ad preces & instantiam predicti Conradi de Lichtenberch, ratam habemus & ratificando ipsam presentibus confirmamus, adhibentes eidem obligationi benevolum nostre voluntatis assensum. Et in hujus rei testimonium presentes damus literas super his confectas, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum apud *Voheburch* anno Domini MCCLXXX. tertio, quinto Id. Novembris. **

CCIII.

* In eben dem Jahr erhält die Capella in Castro nomine *Marpurc* Maguntinensis Diocesis in honore beati Georgii atque beate Katerine Virginis & Martiris fundata einen Ablaß auf bestimmte Feste, der allen denjenigen zu Theil werden solle qui ipsam pia mente visitaverint, aut qui pro salute animarum Nobilis Viri Domini *Heinrici Landgravii de Hassia* nepotis dicte sancte Elizabeth, & Nobilis Domine *Matildis* uxoris ejusdem Domini Henrici, *qui prædictam Capellam propriis sumptibus construxerat*, orationem Dominicam cum salutatione angelica in prædictis Festis dixerint devote &c. Datum *Rome* anno Domini MCCLXXX, Pontificatus Domini Nicolai Pape quarti anno secundo. — Graf Gottfried von Ziegenhain giebt zu einem dem Kloster Haina geschehenen Verkauf der zwei Theile des Zehendens in Ringershausen seine lehensherrliche Einwilligung, d. die omnium animarum (2. Nov.)

** Im nemlichen Jahr bestätigt Graf Gottfried von Ziegenhain einen dem Kloster Haina geschehenen Güthervekauf in Schmidlotheim, behält sich aber für seinen Theil das Vogteirecht vor, d. die octava Epiphanie (13. Jan.) — Landgraf Henrich verträgt sich mit seinem Eidam Graf Graf Gottfrieds zu Ziegenhain Sohn wegen aller Irrungen, namentlich wegen Zerbrechung des Hauses zu Gemünden an der Strase, d. in die b. Petri & Pauli (29. Jun.)

CCIII.

Rorich von Renneberg verkauft an Hartrad Herrn zu Merenberg einen Placken bei Merenberg, genannt der Fleckenstein.

d. 25. Jan. 1284.

Nos *Roricus* de *Renneberg* & *Methildis* uxor ejus notum facimus universis presens scriptum visuris, quod nos aream nostram sitam apud *Merenberg*, que *Fleckenstein* nuncupatur, & quidquid juris habemus in eadem, de communi consensu & bona voluntate nostra sponte donamus & conferimus nobili viro *Hartrado* Domino de *Merenberg* & suis heredibus tenendam & perpetuo possidendam, & in ipsos transferimus omne jus seu proprietatem que habuimus in eadem.

Acta sunt hec in presentia Reverendi Patris & Domini nostri H. Archiepiscopi *Coloniensis* & presentibus *Salentino* de *Isenburg*, *Johanne* de *Limpurg*, *Heinrico* de *Westerburg* & *Conrado* de *Renninberg* nobilibus viris; *Johanne* de *Hosein* & *Engelberto* de *Wise* militibus, & aliis quam pluribus fide dignis; in cujus rei testimonium nos *Roricus* pro nobis & uxore nostra una cum sigillo Reverendi Patris & Domini nostri Archiepiscopi Colon. predicti, quod apponi rogavimus, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Dat. *Linse* anno Domini MCCLXXX. quarto, in die conversionis beati Pauli.

CCIV.

Die Herrn von Plesse schenken dem Kloster Höckelheim einige Hubengüther in dem Dorf Höckelheim.

d. 25. Sept. 1284.

Nos *Godescalcus*, *Hermannus* & *Otto* filii nostri, *Helmoldus*, *Ludolfus*, *Heinricus cognati nostri*, Nobiles de *Plesse* - duos mansos sitos in villa & campo *Hokelhem* & dimidium apud saligenas - ecclesie in *Hokelhem* - duximus conferendos &c. Cujus donationis testes sunt Dominus *Theodericus* Abbas de *Stene*, Dnus *Constantinus*, Dnus *Johannes* de *Landolfeshusen*, Dnus *Thedardus* de *Heuenhusen*, Dnus *Hermannus* Advocatus de *Grone*, *Johannes* filius ejus, Dnus *Hermannus* de *Hardenberch* & *Hermannus Conemundi*, & alii quam plures.

Acta sunt hec anno Domini MCCLXXXIV. temporibus Domini *Bertrami* Prepositi & *Mechildis* Abbatisse, VII. Kal. Octob.

CCV.

Crafto von Hatzfeld schenkt seine lehnbare Güther in Hulsbach an das Kloster Aldenburg.

d. 14. Nov. 1284.

Crafto miles de *Hatswelt* omnibus hanc litteram visuris salutem in vero salutari. Noverint presentium inspectores, quod feodalia bona sita in *Hulsbabc* que Henricus dictus Sarra & . . . frater suus a nobis ipsis feodaliter concessa jam dudum pacifice possederunt, conventui sanctimonialium in *Aldenberg*, *Arnoldo de Hohenwelt*, *Milchelingo*, *Gotscalco de Therse*, & *Ekehardo* de *Hatswelt* presentibus, jure proprietatis libere & perpetuo contulimus possidenda. In cujus rei evidentiam presens scriptum nostri sigilli munimine ipsis tradidimus roboratum.

Datum *Wetbere* anno domini MCCLXXXIIII. XVIII. Kalend. Decembris. *

CCVI.

Helmold Herr von Plesse verkauft dem Kloster Höckelheim ein Guth in dem gleichgenannten Dorf.

d. 23. Febr. 1285.

Nos *Helmoldus* Nobilis vir dictus de *Plesse* recognoscimus & publice protestamur in hiis scriptis, predium nostrum situm ante valvam curie claustri in *Hockelhem*, cum mansis & agris sitis in campo Hockelhem spectantibus ad ipsum, de consensu *Methildis*, *Sophie* ** Sororum mearum canoni-

* In eben diesem Jahr giebt Graf Gottfried von Ziegenhain, seine Gemahlin Mechtild, und seine Mutter Hedwig, dem Kloster Haina einige Güther und Zinsen in Sehlen, Grosenrode, Gerbigeshagen, und das Gericht in Kleinrode, das von dem Fluß, genannt die Sehlbach, bis an die Salzbach reicht, tauschweise ein, und erhält dagegen vom Kloster die von seinem Vater demselben ehmals im Testament vermachte villam *Nodling*. Dat. Dominica invocavit, (27. Febr.) — In einer andern Urkunde entsagt Graf Gottfried gegen das Kloster seinem Recht auf Güther in Jetzbach. — Reinboldus Decanus Ecclesie Fryzlariensis — cum consensu *Johannis* fratris nostri de *Merlawe*, ac fratruelis nostri *Mengoti*, duos mansos sitos in *Keistrich* contulimus Ecclesie in *Werberg*. Unter den Zeugen erscheinen Hartmannus de *Bugesechke* miles und Volkenandus de *Bugesechke*, d. VIII. Kal. Jun.

** Eine der Schwestern Helmolds von Plesse war auch im Kloster Höckelheim, wie aus einer Urkunde vom J. 1286. erhellt, worin er einer Anforderung an dieses Kloster entsagt: ob pecuniam jam predictam (VIII. marcas argenti). & etiam ob receptionem *sororis* nostre in jam dicto monasterio gratis factam, nulla parte sue hereditatis obsecuta.

nonicarum in Ecclesia *Gandersemensi*, ac Nobilis viri *Godescalci*, *Hermanni*, *Ottonis* Dominorum de *Plesse* nostrorum *cognatorum*, ac aliorum nostrorum heredum, libere ab omni onere sive Advocatia, sive aliis oneribus, pro septuaginta marcis examinati argenti monasterio in *Hokelhem* proprietatis titulo vendidisse &c. Testes hujus rei sunt nobilis vir *Godescalcus* jam dictus, *Hermannus*, *Otto* filii sui Domini de *Plesse*, *Hermannus* miles dictus de *Hardenberg*, *Ludolphus* Decanus, *Hildebertus* Custos, *Thidericus* de *Besigen*, *Bertoldus* de *Desigherode* Canonici *Nortbunenses*, *Henricus* de *Medehem*, *Henricus Hoge* militares &c.

Actum anno Domini MCCLXXXV. VII. Kal. Marcii.

CCVII.

Graf Gottfried von Ziegenhain und seine Gemahlin Mechtild bestätigen dem Kloster, gegen eine zu Auslösung der Vogtei Grüssen vorgeschoßne Summe, alle bis aufs Jahr 1276. erlangte Güther in den Vogteien Grüssen, Wohra, und Ober- und Niederlangendorf.

d. 6. Jul. 1285.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris & audituris in perpetuum. Nos *Godefridus* Comes in *Cygenhan* & *Methildis* legitima nostra &c. Ne res que geruntur in tempore evanescant cum tempore propter memoriam hominum tabescentem, solent scriptorum aminiculis perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos receptis a dilectis nostris Abbate & Conventu de *Hegene* ordinis Cystercienfis viginti marcis Aquensium legalium denariorum, nobis ad emptionem Advocatie de *Gruse* ab eisdem integraliter assignatorum, omnia bona que in ipsa Advocatia de *Gruisen*, & insuper in Advocatia nostra de *Warabe* & de *Langendorp superiori* & *inferiori*, iidem Abbas & Conventus de *Hegene* usque ad annum dominice incarnationis millesimum ducentesimum septuagesimum sextum, quo videlicet tempore dicte Advocatie ad nos sunt devolute, titulo emptionis, commutationis, testamenti vel alio quocunque modo aut titulo possederunt, cum bona voluntate & deliberatione previa ratione dicte ecclesie & fratribus ibidem domino famulantibus in perpetuum liberaliter confirmamus & tenore presentium communimus.

Actum in *Russenberg*, anno domini MCCLXXXV. in octava Apostolorum Petri & Pauli. Presentes fuerunt *Henricus* Notarius noster, *Reinhardus* de *Aldenburg*, *Henricus* de *Obinrode* junior, *Conradus Vogil*, *Ludewicus* de *Marpurg*, Milites; *Eckehardus* de *Aldenburg*, *Ludowicus* de *Wolmere*, *Wideroldus* de *Anzinvar*, *Burchardus* de *Langensteyn*, *Fridericus* de *Suarzinburg*, Armigeri. Henricus de Gemünden & Henricus dictus Curinan Scabini, aliique quam plures. Ne autem hoc factum

nostrum

nostrum a nobis vel a quoquam coheredum nostrorum aut nunc aut in posterum irritetur, sed ab omnibus perpetuo inviolabiliter observetur, presentem litteram dedimus eisdem Sigilli nostri munimine roboratam. *

CCVIII.

Ludwig von Jsenburg überträgt das Nonnenkloster Haugk nach Niedernhaußen, wo es den Namen Marienborn empfängt.

d. 17. März 1286.

In nomine sancte & individue trinitatis Amen. *Ludevicus* de *Jsenburg* & *Helwigis* collateralis ejusdem omnibus presens scriptum visuris &c. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod nos amore divino succensi cupientes ampliare cultum divinum & honorem Domini nostri Jesu Christi & beate semper virginis Marie, sex mansos sitos in Budingen, quos a viro honesto *Hartmanno* milite dicto de *Buches* comparavimus de pecunia dilecte conjugis nostre *Helwigis* emptione legitima possidendos, & predictos mansos resignavimus venerabili viro Domino *Bertholdo* Episcopo *Herbipolensi* & suo Capitulo, proprietatis titulo possidendos, eosdemque mansos in feodo ab ipso recipientes, tali interposita conditione, quod nobis quatuor mansos, sitos in villa que dicitur *Nidernhausen* & parochialem ecclesiam in *Ekertshausen*, cum universis attinentiis suis, idem Episcopus & predictum Capitulum proprietatis titulo contulerunt in perpetuum possidendos. Cum igitur Sanctimoniales, quas Deus collegerat in loco qui dicitur *Haugk*, quem inquam locum communicata manu ipsis donavimus cum universis attinentiis suis, quam nihilominus donationem firmam in perpetuum tene-

* Graf Gottfried von Ziegenhain, und seine Gemahlin Mechtild, Landgraf Henrichs Tochter, treten dem Kloster Haina jus dictum Waltmedem in dem Dorf Holzhausen ab, um an lezterm Ort eine Kapelle zu erbauen. — Ebend. geben dem Abt Berthous von Fuld Güther in Burckhartshusen, und in Ober- und NiederLangendorf auf, mit Bitte, sie dem Kloster Haina zu übertragen, d. in octava Apost. Petri & Pauli (6. Jul.) — Ebend. übergeben dem Kloster Haina universa bona sua Advocaticia in *superiori Langendorph* sita, cum consensu Conradi Stoychen Advocati de Grusen, qui eadem bona a nobis tenuit. Act. in Langendorph, & postea in Rustenberg consummatum. Unter den Zeugen erscheint Herbordus Centgrebe de Wara, d. eod — Ebend. resigniren dem Abt von Fuld Güther in Erzdorf, mit Bitte, sie dem Kloster Haina zu übergeben, d. in die b. Georgii Martyris (23. Apr.) — Eben so dem Erzbischof von Kölln Güther im Gericht Gemünden, mit gleicher Bitte, d. in octava Apost. Petri & Pauli (6. Jul.) — Ebend. entsagen ihrem Recht super bona singula & universa in Grusen sita, que *soror* Luza pro elemosina -- Ecclesie in Hegene - - contulerat, und schenken dem Kloster noch weiter in loco qui vulgo *Geroldeswisen* nuncupatur -- octo Jurnales cum omni integritate judicii &c. d. in Festo inventionis b. Stephani Protomartyris (3. Aug.)

tenebimus atque ratam, commode commorari non possent, cum inhabilis sit religioni propter defectum aquæ & aliarum rerum inopiam, ipsas, consensu & licentia venerabilis Domini *Werneri* Archiepiscopi Moguntinensis, loci ejusdem Diocesani, ad predictam possessionem videlicet *Nidernhausen*, que nunc *Fons sanctæ Mariæ* dicitur, transtulimus & locum ipsum, cum universis pertinentiis suis, silvis, pratis, pascuis, molendinis & piscationibus in remedium animarum nostrarum, nec non antecessorum nostrorum, contulimus cum totali jure patronatus presate ecclesiæ *Eckertshausen* perpetuo proprietatis titulo possidenda. Hanc autem ecclesiam in hunc modum fundatam, taliter de consensu & favore omnium *liberorum nostrorum Heinrici* videlicet, *Ludowici*, *Wilhelmi*, *Friderici* & *Lutheri*, nec non *filiæ nostræ Irmingardis* & eorum successorum dignum duximus ordinandam. Inprimis videlicet statuimus & ordinamus, ut heres noster, quicunque fuerit pro tempore a nobis duobus progenitus, & dominium tenens in *Budingen*, ipsam ecclesiam seu cœnobium tanquam propriam possessionem protegere teneatur, non ratione Advocatiæ, sed gratia specialis dilectionis, & ad ipsum in suis necessitatibus habebit refugium & recessum &c. * — In cujus rei evidentiam presentem nomine donationis literam sigillis nostris, nec non venerabilis viri Domini Abbatis de *Arnsburgk* duximus muniendam. Nos *Heinricus*, *Ludovicus* & *Wilhelmus*, nati prefati Ludowici de Isenburgk, quia sigillis propriis caremus, sigillo avi nostri, *Henrici* Domini de *Isenburgk*, in presentibus sumus usi.

Datum & actum anno gratiæ MCCLXXXVI. XVI. Kalendas Aprilis.

CCIX.

Graf Dietrich von Clev versichert dem Landgraf Henrich die dessen Gemahlin von seinem Vater zugesagte Mitgift.

d. 23. Nov. 1286.

Universis presens scriptum visuris & audituris. Nos *Theodoricus Comes Clevensis* notum facimus firmiter protestando, quod tenemur illustri viro Domino *Henrico Lantgravio terre Hassie Domino & Mechtildi sue uxori* sorori nostre, & eorum legitimis heredibus, & promittimus fide data quatuor milia marcharum denariorum aquensium legalium vel eque bonorum, dotis nomine eisdem & suis heredibus a patre nostro felicis recordationis olim suis patentibus literis assignata, pro quibus quatuor milibus marcis nos & nostri heredes deputamus & assignamus dicto Lantgravio, Mechtildi sue uxori & eorum heredibus quadringentarum marcarum redditus tollendos & percipiendos annis singulis in festo sancti Martini hyemalis de nostro theloneo integro apud *Husen*; dicto vero termino nuncius

* Es folgen hier noch weitläuftige Verwahrungen, daß dem Kloster keine neue Lasten aufgelegt, sondern es bei seinen Freiheiten erhalten werden solle rc., die ich des Raums wegen übergehe.

nuncius Lantgravii vel suorum heredum sub nostris expensis, quamdiu ibidem manserit, tollet redditus supradictos. Nec nos vel aliter quispiam de jam dicto tollemus theloneo, nisi prius fuerint de suis redditibus expediti. Quandocunque autem simul & semel eis dederimus mille marcas, centum marcarum redditus de assignatis & predictis redditibus ad nos vel nostros heredes libere revertentur. Ne autem ipsis de premissis impedimentum aliquod oriatur, fide data promisimus & promittimus predicta singula & universa adimplere. Ad majorem etiam firmitatem hujus facti arbitramur nos incidisse proscriptionem imperialem, & destitutum esse & carere debere auxilio & presidio nostrorum consanguineorum Nobilium subscriptorum videlicet Domini *Adolfi Comitis de Monte*, *Theoderici Domini de Hensberg*, *Johannis Domini de Lewenberg*, Domini *Henrici* primogeniti Domini de *Hensberg* predicti, & fratris nostri Th. dicti luef. Domini in *Toneberg*, qui ipsi Lantgravio astabunt & suis heredibus contra nos, si, quod absit, contra premissa vel aliquod premissorum in parte vel in toto contigerit nos venire, quod & predicti nobiles adimplere fideliter promiserunt, & in hujus assistentie obligationem sua sigilla ad nostram instantiam presentibus appenderunt. Et nos predicti nobiles recognoscimus nos ad hujusmodi assistentiam contra Comitem Clevensem, ut predictum est, obligasse, & ad rogatum ipsius Comitis Clevensis nostra sigilla presentibus una cum sigillis Comitis predicti & *Aleydis* Comitisse matris - appendisse in firmitatem & testimonium omnium premissorum. Hujus rei testes sunt, qui cum inordinatione premissorum Nobilibus prescriptis interfuerunt *Egbardus de Bicken*, *Theodericus de Moniment*, *Theodericus de Vytinchanen*, *Ludewicus* dictus *Kaelf*, *Bernardus de Sirnugede* Milites; Frater *Gerlacus* Commendator Domus Theutonice in *Marborg* & alii plures Clerici & Laici fide digni.

Actum & datum in *Nussia* anno Domini MCCLXXX. sexto, in die beati Clementis martiris. *

CCX.

* In eben dem Jahr schenkt *Baldewinus* Prepositus Cenobii Sanctimonialium in *Werberg* seinem Kloster eine Mühle in Iringshausen, d. pridie Non. April. — Graf Gottfried von Ziegenhain, und dessen Gemahlin Mechtild, verkaufen dem Kloster Haina curiam in civitate *Treysa*, quam olim avia illius Domina *Elica de Decklenburg* inhabitaverat, um 14 Mark, mit der Befreiung von allen Wachten und andern Lasten, d. IV. Kalend Sept. — Weil hier dieser Gräfin Eylika zum leztenmal gedacht wird, so füge ich noch zwei andere Urkundenextrakte bei, die sie mit angehen, und die ich oben an gehörigem Ort anzubringen versäumt habe. Im J. 1246. bekennt nemlich Syfried, Erzbischof zu Mainz und Verwalter des Stifts Fuld, daß er alle Lehen, die Graf Berthold von Ziegenhain vom Stift Fuld trägt, Frau Eyliken seiner Hausfrau, und ihrem Sohn Gottfried, seinem Pathen, gereicht, auch aus sonderlicher Gnade die Schutzgerechtigkeit, die gemeiniglich Mannbarschaft genennt wird, nachgelassen und geschenkt habe. — Im J. 1248. giebt Sophia, Landgräfin zu Hessen ꝛc. in Erwegung der Dienste, die Graf Berthold von Ziegenhain ihr und ihren Vorfahren gethan und noch thun mag, ihm sowohl, als seiner Gemahlin Eyliken, und ihren Kindern, Treysa und Wohra, mit ihren Zugehörungen, zu Lehen.

CCX.

Ulrich von Hanau verbindet sich, ohne Bewilligung Landgraf Henrichs von Hessen keine Befestigung in Loppach zu errichten.

d. 16. Jan. 1288.

Nos *Ulricus* Dominus de *Hagenowe* omnibus presentes litteras inspecturis notum esse cupimus, & per eas publice profitemur, quod de ordinatione & jussu venerabilis Patris Domini nostri *Marquardi*, Abbatis Fuldensis, qui cum illustrissimo Domino nostro Domino *Heinrico Lantgravio*, terre Hassie Domino, nos concordavimus, promittimus, & ad hoc nos presentibus obligamus, quod in *Lobpach* preter ea, que ad presens tempus fecimus, nulla edificia, que ad munitionem se extendant, aliqualiter faciemus, nisi de placido Domini nostri Lantgravii consilio favorabili ac consensu.

Datum anno Domini MCCLXXXVIII, in die sancti Marcelli Pape.

CCXI.

Graf Ludwigs von Ziegenhain Reversalien wegen mehrerer ihm von dem Erzstift Maynz verpfändeten Güter.

d. 17. Jan. 1288.

Ludewicus dei gracia *Comes de Ciegenhayn*, omnibus presens scriptum intuentibus salutem in Domino. Recognoscimus, & ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum presenti scripto cupimus pervenire, quod nos semper expositi & parati ad beneplacita & mandata venerabilis patris & Domini nostri *Heinrici* sancte *Maguntine* Sedis Archiepiscopi, nec non Decani & Capituli Ecclesie Maguntine, eisdem mutuo prestitimus trecentas marcas & quinquaginta denariorum Coloniensium legalium & bonorum in pecunia numerata, pro quibus nobis solvendis idem Dominus noster Archiepiscopus, sano Prelatorum suorum nec non capituli ipsius consensu habito pariter & assensu, nobis & nostris heredibus universis obligavit titulo Ypothece bona ipsius ecclesie infra scripta, scilicet in *Rosdorff*, in *Swarenbuin*, in *Huchelnheim*, in *Tramprechtishusen* curiam quam Guntherus de Sellheym possidet. Insuper medietatem decime in *Martdorff*, decimam in *Gernhusen*, in *Aspach*, in *Burbach*, in *Burckartsvelde* cum quatuor decimis eidem ville attinentibus & adjacentibus, decimam novalium apud montem *Amenebnrg*, in *Rulkirchen* redditus trium librarum cum dimidia, quatuor maldra siliginis, & tantum de avena. Ita videlicet, ut bona predicta cum suis redditibus & proventibus quiete & pacifice possideamus, fructus, proventus, seu redditus, & quidquid de his cesserit, de obvencionibus quibuscunque tamdiu percipiamus, donec nobis aut nostris heredibus

bus de summa denariorum prenotata per prefatum dominum nostrum Archiepiscopum Maguntinum aut ipsius Successores, seu per Capitulum ecclesie Maguntine predicte, fuerit integraliter persoluta, perceptis in sortem seu in solucionem principalis debiti minime computandis. Soluta vero predicta summa pecunie integraliter, ut dictum est, predicta bona cum suis proventibus ad ante dictum Dominum Archiepiscopum, ipsius Successores, & ad ecclesiam Maguntinam revertentur libere nostra aut heredum nostrorum difficultate aut contradictione qualibet procul mota. Recognoscimus insuper ad firmiorem cautelam nostram & heredum nostrorum, quod nunquam conveniri debeamus ab ipso Domino nostro Archiepiscopo, aut ipsius successoribus, aut ab ipsius Capitulo antedicto, aut ex eorum procuratione quocunque modo, super receptis vel perceptis in bonis prehabitis, per jus canonicum, vel civile, renuntiantes eciam liberaliter & absolute omni actioni, exceptioni, libris apostolicis impetratis aut impetrandis, & omni juris beneficio ac subtilitatibus quibuscunque, quibus nos aut nostri heredes possent imposterum super perceptis aut receptis ultra sortem in bonis premissis quomodolibet impugnari seu impeti a quocunque aut per que posset aut deberet contractus hujusmodi aliqualiter viciari. Ad evidenciam igitur omnium premissorum, & robur debitum firmitatis, presentes litteras supradictis, videlicet Domino nostro Archiepiscopo & ecclesie Maguntine, dedimus sigilli nostri munimine roboratas.

Actum & datum *Maguncie* Anno MCCLXXXVIII. XVI. Kalendarum Februarii.

CCXII.

Bischof Simon von Worms belehnt den Hartrad Herrn von Merenberg mit denen von seinem Vater und Vaters Bruder ehemals getragenen Lehen.

d. 14. Febr. 1288.

S*ymon* dei gracia *Worm.* Episcopus tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod nos nobili viro *Hartrado* de *Merenberg* constituto coram nobis anno Domini MCCLXXXVIII. in die beati Valentini martiris & a nobis humiliter postulante, talia feoda concessimus pleno jure, que *pater* & *patruus* ipsius *Hartradi*, ac antecessores eorundem, a nobis vel antecessoribus nostris tenuerunt seu tenuisse noscuntur, dantes eidem presentes litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium super eo.

Datum & actum *Maguncie* anno & die predictis.

CCXIII.

CCXIII.

Die Herzoge Albert und Wilhelm von Braunschweig verpfänden dem Graf Otto von Eberstein Schloß und Stadt Giselwerder, mit den zugehörigen Dörfern und Vogteien ꝛc.

d. 25. Aug. 1288.

Nos *Albertus* & *Wilhelmus* dei gracia Duces in *Bruneswick*. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, & publice protestamur, quod nos dilecto nostro amico Nobili viro *Ottoni* Comiti de *Euerstine* & suis justis heredibus medietatem Castri & oppidi quod *Werdere* dicitur, cum omnibus suis attinentiis & juribus, & cum bonis istis subscriptis, pro septingentis marcis puri argenti nomine pignoris obligavimus, quoad solucionem dictarum septingentarum marcarum quiete & licere possidendam. Hec sunt bona: villa *Walhusen*, villa *Elverigeshusen*, villa *Aahornem*, villa *Elverdeshusen*, *Hesbike*, *Vrankenhagen*, *Tilbike*, *Raphoneshagen*, *Wicbike*, *Redére*, *Wladeke*, *Windevelt*, *Sunderdissen*, *Smalenberg*, *Smaychteshagen* & *Rusteshagen*. Insuper censum tocius nemoris, quod *Zolinge* dicitur. Item advocatias villarum subsequencium, scilicet *Odelsem*, *Bursvelde*, & villa *Himile*, *Hottenhusen*, *Vaken*, *Haltmerde*, *Werden* & *Wisevelde*. Preterea cum *Ludolfus nobilis Comes* dictus de *Schonenberg* * obierit, bona, que a nobis tenet, videlicet *Lippoldesberge*, & in *majori Budenevelte* & *minori Budenevelte*, *Gotmersen*, cum bonis ante scriptis, cum omni jure & usufructu, predictus Dominus Otto Comes de Euerstene, sicut nos Albertus & Wilhelmus Duces in Bruneswik habere deberemus, plenissime & pacifice possidebit, & sui heredes, si idem Comes Otto obierit, possidebunt, quousque dicta bona a nobis, sicut premissum est, pro eadem summa pecunie redimantur. Assertive dicimus eciam, quod nullam composicionem cum fratre nostro duce *Henrico de Bruneswic* inire debemus, nisi idem noster frater huic nostre obligationi consenciat, vel saltem eidem nobili sua pecunia persolvatur. Presentes erant & testes sunt: *Heinricus* Dominus de *Homburg*, *Ludowicus de Rosdorff*, *Otto de Bouente*, *B. de Adeleuesen*, *Conradus de Steuberg*, *Lup: Hoye* Milites; *Otto junior de Euerstene* & patruelis suus *Engelbertus de Euerstene*, *Ted: de Rostorph*, *Henr. Hoye*, *Lud.* Camerarius, *Conradus de Reckelinchosen*, *Conradus de Elkerhusen*, & quamplures alii fide digni. In premissorum testimonium & cautelam presentem litteram Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum *Usiarie* Anno Domini Millesimo Ducentesimo LXXXVIII. in crastino beati Bartolomei apostoli.

CCXIV.

* Eine Schwester dieses Graf Ludolphs von Dassel, oder, wie er hier genennt wird, von Schonenberg, war an Berthold Herrn von Schonenberg vermählt. Er und sein Bruder Graf Adolph von Dassel statten sie in einer undatirten Urkunde, von der ich aber nur einen teutschen Extrakt besitze, mit einem Theil ihrer Grafschaft aus, nemlich mit Assentnergen, Mislheim, Aeschhage, Hümme, Karlshage, Eckhusen, Dalckhusen, Lüdenbücken, Benzincthorp, und also die rechte Strase gen Werrren, und mit allem was zu dem Gericht gehöret, ausgenommen die zwei Dörfer Hundesbüren und Bennenghusen.

CCXIV.

Walther und Berthold, Herrn von Lißberg, willigen in die Uebertragung der von ihnen lehnbaren Güther in Dieppach an das Kloster Selbold.

d. 20. Sept. 1288.

W*altherus* & *Bertholdus* Domini de *Lysperg*. His literis notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum *Hermannus* miles de *Selbold* dilectus fidelis noster bona olim empta a *Wernhero* dicto *Ganzen* in *Dieppach* sita, que jure feudali ad nostrum Dominium pertinebant, Sanctimonialibus in *Marienburnen* nomine elemosine contulisset, ac eadem bona a predictis Sanctimonialibus reemisset, & demum ea vendidisset Ecclesie Selboldensi, quia eorundem bonorum mera proprietas absque nostro consensu transire non poterat in aliquos possessores; nos prefati hoc precibus annuentes & obsequiorum merita intuentes, omni juri, quod in sepedictis bonis nostro competebat dominio, renuntiavimus omnino, proprietatem ipsorum liberaliter donantes memorate Ecclesie Selboldensi, ac ipsam donationem pari consensu eidem fecisse publice recognoscimus harum testimonio literarum, quas ad removendum omne impedimentum, quod a nostris successoribus sive heredibus jam dicte ecclesie sue crescere posset in posterum, nostris sigillis dedimus roboratas.

Datum anno Domini MCCLXXXVIII. XII. Kal. Octobris.

CCXV.

Landgraf Henrich, und dessen gleichgenannter Sohn, verziehn gegen das Kloster Haina auf ihre Ansprüche an den Zehenden in Meyngershausen, und andre Güther.

d. 1. Oct. 1288.

In nomine sancte & individue trinitatis Amen. Quoniam propter humane labilitatem memorie actiones hominum, ne labantur cum tempore, in scriptis redigi utile est ac necesse, hinc est, quod nos *Heinricus* Dei gratia *Lantgravius*, *terre Hassie Dominus*, & *Heinricus filius noster primogenitus*, tenore presentium protestamur & ad notitiam tam presentium quam etiam futurorum cupimus pervenire, quod cum quedam controversia inter nos ex una, & dilectos nobis Abbatem & Fratres ecclesie sancte Marie in *Hegene* Ordinis Cisterciensis ex parte altera verteretur, super quadam decima sita olim in villa *Meyngershausen*, & super quibusdam bonis & rebus *Rodegeri* olim civis in Aylsvelt, & contra ipsos fratres agere cepissemus, putantes & quorundam inducti narratu predicta

 bona

bona possideri a dictis Fratribus minus juste, & nobis ac nostris heredibus juris aliquid competere in eisdem, tam diu valido edocti testimonio liquide cognovimus ac preclare, ac fide didicimus oculata, bona predicta, de quibus prius nobis dubium fuerat & aliter relatum, per omnia esse licita ipsis Fratribus atque justa. Hac comperta veritate, ob Dei reverentiam, ejusque genitricis & Virginis Marie, decimæ & bonis predictis, nec non & omni actioni sive questioni quam in fratres predictos usque in presens tempus habuimus, vel contra ipsos competere videbatur, renuntiamus penitus in hiis scriptis & cessamus atque cessare volumus, nunc & semper permittentes cum sincera voluntate, ac permitti volumus in futuro, Fratres bona sua predicta & omnia alia, sita in nostro Dominio, que ad hoc tempus deduxerunt, possidere in perpetuum pacifice & quiete. In universis bonis suis, sitis in nostris jurisdictionibus ubicunque cum integritate possessionis, sicut huc usque habuerunt, & omni utilitate sine impetitione qualibet nostra perfrui liberaliter & gaudere & ommodo a nostris impediri nullatenus volumus vel turbari; addimus etiam Fratribus sepesatis de gratia speciali, quod quamcunque domum intra muros Marpurgenses sibi comparaverint, aut habuerint, quod hec Domus ad nulla contributionis seu precarie, exactionis, vel tallie onera teneatur, nisi forte domum eamdem aliquem mercatorem vel negotiatorem inhabitare contingat; talem de suis mercimoniis contribuere volumus, sicut ceteros cives nostros. Ne autem super predictis alicujus dubietatis imposterum exoriri possit materia vel scrupulus questionis, nos testes subscribi fecimus, quorum nomina sunt hec, *Gebehardus* Prepositus de *Frankenberg*, *Ludewicus* miles dictus *Kalp*, *Bernhardus* noster Notarius, cujus manu hec sunt conscripta, *Thamo* miles de *Aylbusen*, *Ludewicus* de *Fronbusen*, *Ludewicus* de *Curia*, *Ospertus* & *Conradus* fratres filii *Osperti*, *Heinricus* dictus *Engel*, *Heinricus* de *Curia*, *Rukelo* & plures alii fide digni. Preterea nos ad stabilem predictorum observantiam, & perpetuam omnium firmitatem presens scriptum prefatis fratribus & Conventui de Hegene dedimus sigilli nostri ac universitatis civium nostrorum de Marpurg munimine roboratum. Et nos Cives de Marpurg predicti ad instantiam & rogatum Domicelli nostri primogeniti Domini nostri Lantgravii predicti sigillum universitatis nostre, *quia proprio caret sigillo*, huic scripto duximus appendendum.

Actum anno Domini MCCLXXXVIII. Kal. Octobris.

CCXVI.

Helmold Herr von Plesse schenkt dem Kloster Höckelheim das Patronatrecht in Hildese.

1288.

Ego *Helmoldus* dictus de *Plesse* notum facio —, quod Ecclesiam in *Hildese* & Advocatiam cum omnibus pertinentiis, quam ab illustribus Principibus *Ducibus in Bruneswich & Luneburch* jure

jure feodali tenui & hereditarie possedi, — contuli — Conventui Sanctimonialium in *Hockelhem* &c.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCLXXXVIII. Cujus rei testes sunt Dominus *Thidericus* Abbas de *Stene*, Dominus *Henricus* Prepositus de *Wende*, Dominus *Bertoldus* de *Desingerode*, Dominus *Johannes* de *Landolzweshusen*, & alii quam plures fide digni.

CCXVII.

Sibodo Herr von Itter übergiebt dem Kloster Netz den vierten Theil des Zehenden in Horinghausen.

d. 14. April 1289.

Noverint universi presentes literas intuentes quod ego *Sibodo miles Dominus de Jtter quartam partem decime site in Horinghusen*, quam quondam a me habuit Henricus dictus Wicele in feodo, accedente consensu Didimari filii predicti Henrici Wicelen, in honorem Jesu Christi & gloriose Virginis Marie approprians seu proprietatis titulo meum jus in dicta decima Horinghusen dedi Conventui in *Netz* perpetuo possidendam. Cujus rei testes sunt: Nobiles viri *Wernherus* de *Biscopeshusen*, *Wernherus* de *Westerburgk* dictus *Schwenesbergk* Milites, *Henricus* de *Romrodt*, *Hermannus* de *Romrodt*, *Trugebodo* de *Eisenbach*, *Conradus* de *Romershusen*, *Wernerus* de *Gylse*, *Otto Mule Cerbig*, Wernherus Cellarius, Otto Unocere & plures alii; & quia proprio sigillo careo, rogavi nobiles viros Dominum Wernherum seniorem de Biscopeshusen & Wernherum de Schwensberg Milites, & Hermannum de Romrodt meos consanguineos, suis sigillis presentem literam super hoc confectam roborare.

Actum & datum *Lebenstein* anno Domini MCCLXXXIX. in die Tiburtii & Valeriani Martyrum.

CCXVIII.

Hermann Herr von Itter übergiebt dem Kloster Netz die Hälfte seines Zehendens in Horinghausen.

d. 30. Mai 1289.

Notum sit omnibus Christi fidelibus presentia visuris vel audituris, quod nos *Hermannus nobilis de Jttere* nostrique heredes ad honorem Dei & beate Marie in salutem animarum nostrarum contulimus - - - - - *dimidietatem decime site in Horinghusen* ecclesie & claustro sancte Marie in *Netz*, quam a nobis sub feodo possiderunt Henricus Wicele suique heredes, predicte ecclesie perpetuo

attinendam, his presentibus & audientibus, videlicet nobili Comite *Ottone* de *Waldeck*, Domino *Wernbero* de *Westerburgk*, *Henrico Bulesmast*, Domino *Henrico* militibus, *Gyselero* de *Gotelobs*, *Wigando*, *Alberto* de *Jnmingbusen* militibus, pingue *Ottone Mulo*, *Diderico* de *Selebach* & suo fratre, *Conrado* Magistro, *Sifrido* Plebano in Sassenhusen. In hujus ergo rei testimonium & certitudinem presentia conscribi fecimus & nostri Sigilli munimine dedimus roborari.

Datum & actum anno Domini MCCLXXXIX. in crastino diei Pentecostes Domini.

CCXIX.

Probst Hermann zu St. Stephan in Mainz räumt, so lange er lebt, dem Kloster Hachborn die Synodalgefälle in Hachborn ein.

d. 29. Aug. 1289.

H*enricus* Scolasticus Ecclesie sancti Stephani Mogunt. Officialis Domini Prepositi ibidem omnibus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est vera salus. Notum esse volumus, quod Sinodum in *Ebizdorf* ex parte Domini nostri Prepositi Ecclesie sancti Stephani Mogunt. & emendas quascunque, ratione delicti provenientes, Domino Priori qui est vel qui erit pro tempore *Hachisburne*, quamdiu vixerit Dominus *Hermannus* Ecclesie antedicte Prepositus, commisimus corrigendas, ut ex proventibus exinde provenientibus Conventui Sanctimonialium in Hachesburne in die beate Marie Magdalene & in ipsius honore pia refectione & devota serviatur, volentes ac etiam firmiter precipientes auctoritate Domini nostri Prepositi antedicti, ut cum predictis proventibus nichil aliud, nisi ut prescriptum est, ordinetur. Ut autem hec rata & firma permaneant, dicto Conventui presentem cedulam nostro sigillo contulimus munitam.

Datum anno Domini MCCLXXX nono. IV. Kalend. Septembris.

CCXX.

Verschiedener von Lisberg Einwilligung in eine Schenkung an das Kloster Marienborn.

1290.

N*os Wernherus* & *Christina* relicta quondam *Bertholdi* Domini de *Libesbergk*, ac *Bertholdus* miles filius Domine predicte, notum facimus universis hanc litteram inspecturis seu etiam audituris, de nostra fore bona voluntate & consensu, quod religiose persone Domina Abbatissa & Conventus *Fontis* sancte *Marie* bona hereditaria, scilicet vineam & curiam in *Eckernburn* sita, que Petrissa de Ortenbergk & Henricus quondam ejus maritus predictis Dominabus pro salute animarum suarum, nomine

nomine elemosine, contulerunt, ex nunc in perpetuum eodem jure & pro eodem censu quiete possideant, quo predicti Petrissa & Henricus eadem hactenus possederunt; ita tamen, quod in predictis bonis nobis vel heredibus nostris nihil omnino depereat de justitiis ac servitiis nostris debitis & consuetis. Testes hujus rei sunt: Dominus *Ludowicus* de *Isenburgk*, Dominus *Henricus* filius ejus, *Cunradus* de *Crufftele*, Milites, & alii quam plures fide digni. In cujus rei evidentiam & memoriam firmiorem presens scriptum inde confectum dedimus Dominabus supradictis sigillorum nostrorum impressionibus communitum.

Datum anno Domini MCCXC.

CCXXI.

Die Herrn von Plesse willigen in den Verkauf eines Zehendens zu Gladebeck an das Kloster Höckelheim.

d. 1. Mai 1290.

Nos *Godescalcus* Nobilis dictus de *Plesse*, cum *Hermanno* & *Ottone* filiis nostris, nec non *Henrico filio fratris nostri* dicto de *Honborc* recognoscimus — quod accedente nostro & omnium heredum nostrorum consensu Wernherus civis in *Gotinge*, cognomine *colde Sele*, quartam partem decime in *Gladebeke*, que ad nos jure spectabat feodali, denariis propriis comparavit, sub tali forma, quod Cenobium sancte Marie in *Hokelheim* proprietate post ipsius Wernheri obitum nostra warandia prestita solute ac libere possidebit. Et ne talis emptio ab aliquo valeat immutari, presentem cartulam nostri sigilli munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini MCCXC. in die beate *Walburgis*.

CCXXII.

Mechthild, Wittwe Wigands genannt Gaschart, giebt ihre Güther in Brunichhusen an die Johanniter in Wysenfelt.

d. 7. Mai 1290.

Solent ea que geruntur literis imponi, ne oblivio detergat vel confusio conturbet. Est igitur ex hinc, quod ego *Methildis* relicta *Wigandi* quondam militis dicti *Gaschart*, filii mei *Hermanni* ac filie mee *Methildis* dilectorum pleno de consensu & voluntate, bona nostra hereditaria, in villa *Brunichusen* sita, porreximus & dedimus ordini beati Johannis Baptiste a domo in *Wysenfelt* ordinis jam dicti perpetuo possidenda. Ut autem hec bonorum rata perseveret collatio, nullam in posterum metuens turbationem, presens scriptum Nobilis viri Domini *Wydikindi Comitis de Battinburg*,

& civitatis ejusdem, sigillorum robore petivimus cum efficacia solidari. Testes hujus sunt viri Nobiles Domini *Wydekindus* prehabitus Comes *Senior* opidi narrati, cum filio suo *Hermanno Comite juniore*, *Wigandus* Plebanus de *Brunichusen*, & *Ludewicus* Plebanus de *Todenowe*, *Hartmannus* de *Gerhardinchusen* & *Conradus* frater suus, *Gyselerus* dictus de *Terse*, & *Gyselerus* de *Bydebenvelt* nobiles; item Scabini in Batimburg, & alii quam plures fide digni.

Acta sunt hec anno Domini MCC. nonagesimo., in crastino beati Johannis ante portam latinam.

CCXXIII.

Konrad Graf von Waldenstein bezeugt, daß Herbordus, Probst zu Ymechenhain, die von ihm lehnbare Güther in Wisendorf von den Gebrüdern von Schrecksbach erkauft habe.

d. 26. Mai 1290.

Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, necessarium est litterali testimonio perhennari Ea propter nos *Conradus Comes de Waldenstein* notum facimus omnibus hanc litteram intuentibus tam presentibus quam venturis, quod Dominus *Herbordus* Prepositus Sanctimonialium in *Ymechenhain* bona in *Wisendorf*, apud *domicellos de Schreckesbach* videlicet *Gozmarum Wigandum* & *Conradum fratres* existentes, pro viginti quatuor marcis Weithreber. comparavit, que singulis annis solvunt quatuor libras denariorum superius expressorum & unam pratim, que dicitur vel dicta est *Grabwise*, que solvit etiam annuatim decem & octo solidos denariorum, que a nobis predicti fratres de Schreckesbach tenuerunt jure sub titulo feodali, ipsi domino Herbordo Preposito & honorabilibus viris Commendatori & Fratribus sacre domus hospitalis Jerosolimitane in *Grevenowe* ordinis sancti Johannis Baptiste in remedium animarum nostrarum presata bona cum omni jure & utilitate & dominio contulimus perpetualiter possidenda, consensu dilecte Domine *Elizabet uxoris nostre* ac omnium heredum nostrorum favorabiliter & communiter accedente. In hujus rei testimonium ac robur firmitatis premissorum presentem litteram legitime venditionis pleneque resignationis nostre domino Herbordo ac fratribus dedimus antedictis sigillo nostro firmiter, sicut expedit, communitam.

Datum & actum in castro nostro *Waldenstein*, anno domini MCCXC. proxima sexta feria post pontekosten. *

CCXXIV.

* Das Siegel ist ein neunfach mit Schwarz und Silber in die Länge gestreifter Schild, mit der Umschrift: S. Cunradi Comitis de Waldenstein. — Im J. 1293. befreit Conradus C. de W. erwähnte bona in *Halsburg* & in *Wizendorph* sita - que - Dominus Herbordus sacerdos apud Gozmarum, Wigandum & Conradum fratres dictos de Screkesbach & Ludowicum de Glimenhagen ipsorum sororium - comparavit, von aller Lehensverbindlichkeit, d. IV. Id. Mart.

CCXXIV.

König Rudolph ertheilt dem Hartrad Herrn zu Merenberg für seine Stadt Merenberg die herkömlichen Rechte neuer Festungen, namentlich auch die Freiheiten der Stadt Friedberg, und einen Wochenmarkt.

d. 28. Jul. 1290.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri Imperii Romani fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Dignum judicat nostra serenitas, ut quos majora fidelitatis ac devotionis commendant obsequia, ampliora mereantur beneficentiæ præmia reportare. Hinc est, quod nos nobilis viri *Hartradi de Merenberg* dilecti fidelis nostri devotis precibus inclinati, municipium suum in *Merenberg* authoritate regia libertamus, & eidem municipio omnes libertates immunitates & jura concedimus, quibus Imperatores & Reges Romanorum prædecessores nostri divæ memoriæ novas munitiones consueverant libertare, volentes, ut idem municipium sive oppidum omnibus immunitatibus, libertatibus & honestis consuetudinibus, quibus oppidum nostrum *Fridberga* gaudet & hactenus gavisum est, gaudeat & utatur. Insuper collocato præ oculis reipublicæ bono statu, in ipso oppido forum septimanale singulis feriis quintis duximus indicandum, volentes & presenti edicto mandantes, quod omnes & singuli, qui ad dictum forum pro emptionis & venditionis commercio exercendo confluxerint, nostra & imperii protectione congaudeant & forensium privilegio libertatum. In cujus libertatis testimonium præsens scriptum exinde conscribi & nostræ majestatis sigillo fecimus communiri.

Datum *Erphordiæ* V. Kalend. Augusti, indictione tertia. Anno Domini MCC. nonagesimo, Regni vero nostri anno 17.

CCXXV.

Graf Gottfried von Ziegenhain verspricht, daß er die Jagd von dem Ort Wora an bis an das Burgholz, als seinem Schwiegervater Landgraf Henrich gehörig, sich nicht weiter anmaßen wolle.

d. 1. Oct. 1291.

Nos Comes *Godefridus de Cygenhayn* tenore presentium protestamur, quod a modo usque in sempiternum nunquam venabimur, aut in venationem ibimus in loco qui dicitur *Wara* usque ad silvam *Burgholz*, nec aliquem venari ibidem sustinebimus nostro nomine, quia Dominus & *socer* noster *Henricus Lantgravius terre Hassie Dominus* eamdem venationem, quam nostram esse putabamus,

mus, & ad nos pertinere credidimus, evicit justo titulo evictionis perpetuo esse suam, nisi de ipsius Domini Lantgravii expressa & libera fuerit voluntate, quod etiam promittimus fide data, Sigillum nostrum presentibus appendentes in testimonium hujus facti.

Actum anno Domini MCCXC. primo, Kalend. Octobris.

CCXXVI.

Schöffen und Bürgerschaft zu Frankenberg erlauben dem Nonnenkloster in Georgenberg Tücher von aller Art und Farbe zu verfertigen, und zu Markte zu bringen.

d. 31. Dec. 1291.

Nos Scabini totaque universitas civium in *Frankenberg* publice recognoscimus ac omnibus literas has visuris vel audituris volumus esse notum, videlicet quod deliberato animo, unanimi consensu & favore Domini nostri *Lantgravii Hassie*, Conventui Sanctimonialium in *Jurgenberg* plenam ac perpetuam concessimus libertatem faciendi pannos, non solum simplices immo etiam pannos cujuslibet generis & coloris, quemadmodum quidam nostri concives lanifices facere sunt consueti; nichilominus prefato Conventui libere contulimus, scilicet quod eidem sicut nostris mercatoribus in foro pannum vendere licebit contradictione qualibet non obstante. In quorum testimonium & roboris firmitatem presentem literam dedimus sepedicto Conventui nostri sigilli appensione fideliter roboratam.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, II. Kal. Januarii.

CCXXVII.

Landgraf Henrich bezeugt, daß Bischof Mangold von Würzburg dem Graf Gottfried von Ziegenhain, seinem Tochtermann, die Lehen Konrads von Theck ertheilt.

ums J. 1292.

Nos *Heinricus* Dei gratia *Lantgravius terre Hassie Dominus* omnibus hanc cartulam inspecturis cupimus esse notum, quod Dominus noster reverendus Dominus *Mangoldus* tunc *Herbipolensis* Episcopus, ob pias nostras ac nostrorum Dominorum petitiones, omnia feudalia, que Dominus *Conradus de Theke* ab ecclesia *Herbipolensi* dinoscitur habuisse, titulo feudali contulit *Gothfrido Comiti de Cygenhagen suo sororio ac nostro genero* ac suis heredibus, qui in posterum ab predicta ecclesia feudalia habere videantur, ipso Domino *Conrado* prefato vita - - existente, ita sane, si absque heredibus

dibus decederet. Ad majorem hujus rei evidentiam presentem paginam sigillo nostro appenso duximus roborandam. Si autem hujus facti a nobis seu dicte littere nostre dubium suboriatur ab aliquo, cum requisiti fuerimus termino & loco nobis super premissis prefigendo, ubi tuti accedere possimus, propria nostra in persona & perplures ydoneos & fide dignos, qui hujusmodi facto interfuerunt, exhibebimus, quod justum & visum fuerit expedire.

CCXXVIII.

Kaiser Adolph nimmt Gottfried Herrn von Merenberg zu des Reichs Burgmann in Calsmunt auf.

d. 13. Dec. 1292.

Nos *Adolphus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ad universorum Imperii Romani fidelium notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nos puram fidem & obsequia indefessa, quibus nobilis vir *Godefridus de Merenberg* fidelis noster dilectus erga nos & imperium incessanter enituit, & enitere poterit in futurum, favorabiliter attendentes, ipsum nobis & imperio in Castellanum apud *Kalsmunt* duximus conquirendum, & pro eo ducentas marcas denariorum Coloniensium sibi promittimus nos daturos. Et quia ad presens paratam pecuniam non habemus, pro eisdem ducentis marcis eidem Godefrido & suis heredibus redditus viginti marcarum denariorum Coloniensium percipiendos annis singulis de Judeis Frankenvordensibus in festo nativitatis Domini rationabiliter duximus obligandos, ab ipso Godefrido & dictis suis heredibus tenendos & possidendos tamdiu, donec presfate ducente marce ipsis per nos aut nostros in imperio successores plenarie fuerint persolute; Solutione autem facta hujusmodi, ipsi predictas ducentas marcas convertent in predia & eadem in castro Kalsmunt, nomine castrensis feodi, a nobis & imperio deservire perpetuo tenebuntur. In cujus rei testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum *Hagenowe* Idus Decembris. Indictione sexta, anno Domini MCC nonagesimo secundo. Regni vero nostri anno primo.

CCXXIX.

Erzbischof Gerhard von Mainz belehnt den Landgraf Henrich mit benannten von Wigand, genannt Fraz, erkauften Lehen.

d. 25. Jan. 1293.

Gerhardus Dei gratia sancte *Moguntie* Archiepiscopus, Sacri imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoscimus tenore presentium litterarum, quod illustrem virum *H. Landgravium*

terre Hassie Dominum, ac suos heredes feudorum capaces, infeudavimus & infeudamus vi hujus scriptionis, in augmentum feudorum suorum, hominibus advocatiis, qui vulgo dicuntur *Voytlude*, una cum jure patronatus medietatis ecclesie in *Bentresse*, & alterius medietatis quarta parte, sicut idem Lantgravius comparavit sua pecunia a *Wigando dicto Fratz*, qui nobis eosdem homines resignavit cum dicto jure patronatus ac suis pertinentiis, quemadmodum idem Wigandus Fratz possedit & tenebat titulo feudali quiete ac pacifice perpetuo possidendos ab ecclesia Moguntina. In cujus — collationis — robur & debitam firmitatem presato Lantgravio cum appensione sigilli nostri dedimus presens scriptum.

Datum & actum anno Domini MCCXCIII. Indict. VI. in die Conversionis b. Pauli.

CCXXX.

Johann Herr von Beilstein macht sein Schloß Beilstein dem Landgrafen Henrich lehnbar.

d. 8. März 1293.

Nos *Johannes Dominus de Bylstein*, ac *Jutta* nostra dilecta contectalis & *Th.* noster primogenitus tenore presentium protestamur & ad notitiam universorum cupimus pervenire, quod communicata manu illustri Principi Domino *Henrico Lantgravio*, *terre Hassie Domino* vendidimus justo titulo venditionis Castrum nostrum *Bylstein* pro ducentis marcis denariorum Aquensium, de quibus plenarie nos pacavit, ita quod idem Castrum jure feudi perpetuo nos ac nostri heredes ab ipso Domino Lantgravio suisque heredibus tenebimus quiete ac pacifice possidendum, hoc addito, quod nos & nostri heredes ipsi Domino Lantgravio ac suis heredibus astare consilio & auxilio cum omni fidelitate pro nostro posse tenebimur, & ipsos juvare contra quoscunque suos adversarios, quandocunque & quotiescunque fuerimus requisiti, omni commento fraudis & doli excluso, contradictione qualibet non obstante. Ceterum nostrum castrum predictum perpetuo patebit & apertum erit ipsi Domino Lantgravio ac suis heredibus & amicis ad recipiendum & intromittendum ac conservandum sive confovendum eosdem pro viribus, ut valemus. In cujus facti testimonium sepefato Domino Lantgravio & suis heredibus damus presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum.

Actum anno Domini MCCXC tertio, Indictione VI, VIII Idus Martii. *

CCXXXI.

* In eben dem Jahr d. S. Martini verkauften *Rupertus* Burggravius de *Fridberg* ux. *Uda*, & *Fridericus* frater ejus ux. *Hedewigis* dem Kloster Haina ihre Güther in Odephe (Utph), und in eben dem Jahr, aber ohne Datum des Tags, giebt Johannes Dominus de Limpurg seine Lehensherrliche Einwilligung, und nennt beide Verkäufer filios quondam Burggravii de Fridberg. Sie waren nach der Umschrift ihrer an der erstern Urkunde hangenden Siegel gebohrne Herren von Carben, und neben ihnen untersiegelt auch ihr Bruder Hartmudus Plebanus in Fridberg.

CCXXXI.

Erzbischof Gerhard von Mainz verwilligt dem Kloster Marienborn das Patronatrecht in Eckershausen.

d. 28. Jan. 1294.

Gerhardus Dei gratia sancte *Moguntinensis* Sedis Archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam Archicancellarius, dilectis in Christo Abbatisse & Conventui Monasterii Sanctimonialium *fontis Sancte Marie*, Ordinis Cisterciensis, Moguntine Diocesis, salutem & sinceram in Domino caritatem. Debitores ad benificentiam singulis juxta suarum necessitatum exigentiam, quantum cum Deo possimus, existentes, ad personas & loca religiosa, quorum est urgens necessitas, eo specialiori solercia a compassionis affectu tenemur intendere, quo digniores favore se reddunt in laudis divine frequentia jugi devotionis studio persistentes. Sane vestra nobis peticione exhibita suplicastis, ut vestri attendentes Monasterii inopiam evidentem, ad relevationem hujusmodi vestri status Ecclesiam in *Eckershaussen*, predicte Diocesis, in qua jus habere noscimini patronatus, vestris concedere usibus dignaremur. Nos itaque vestre devocionis precibus, prout secundum Deum & absque juris alieni prejudicio possumus, satisfacere in favorem religionis & ordinis cupientes, vobis, ut ad vacantem inposterum antedictam Ecclesiam presentantes virum idoneum aliquem Clericum secularem, vel de Capellanis Monasterii vestri, a loci Archidiacono investiendum dono altaris & cura ecclesie memorate, ipsique taliter investito congruam deputantes reddituum ipsius ecclesie portionem ad opus sustentacionis ipsius & ad subportandum onera, que incumbunt, vos, si quid extiterit residuum de eisdem redditibus, vestri Monasterii usibus perpetuo applicetis, de speciali gracia duximus concedendum, nostri loci Archidiacono & cujuslibet alterius jure salvo.

Datum apud *Franckenfurtt* V. Kalendas Februarii, Anno Domini MCCXCIIII., Pontificatus vero nostri anno - - -

CCXXXII.

Graf Engelbrecht zu Ziegenhain verkauft dem Erzstift Mainz Burg und Stadt Neustadt.

d. 10. März 1294.

Wir Engelbrecht Graff von Ziegenhayn, Grafen Ludwigs von Ziegenhayn seligen Sone, bekennen an diesem offen Brief und thun kunth allen den die ine gehorent, ader gesehent, die igunt sin, ader die nach uns komen, das wir unserm lieben Herren Herrn Gerharden dem Erzbischoff von Menze, dem obirsten Canzeller des Rychs inn dutschen Landen, und dem Stiefft von Menze verkaufft han recht und redelich mit Willen und mit Gehengniß unser lieben Mutter und

Frawen Sophyen, und unsers Bruders Gottfrids, die Nuwenstadt, Burg und Stad, mit allem dem das darczu gehort, Dorff, Wasser, Weyde, Wiesen, Welde, Velde und Acker, Mülen, Wasserlauff, Vischerye, Wiltpende, Gerichte, gesucht und ungesucht, und alles das, das unser seliger Vatter der vorgenannt Ludwig besessen hat, und haben unserme vorgenant Herrn dieselbe Stad und Burg mit allem dem, das darzu gehoret, geantwurt; darumb hat er uns gegeben und gewehrt zwey und zwentzig hundert Marck Colnischer Pfennig, und bekennen auch an diesem selben Brief, das wir die vorgenannten Nuwenstad Burg und Stad, mit allem dem, das darzu gehoret, gelühen han zu rechtem Manlehen Dietherichen dem Burggrafen von Starckenberg, Johann dem Schultheissen von Lorch, Herman Schelmen, Cunen von Ryffenberg, Friderich dem langen von Cube, Friderich dem Burggraffen von Lanstein, und Emichen Gyselbrechts Sone von Ingelnheym, des Stiffts Dienstman von Mentze, und globen das mit unsern Truwen, das wir und unser Erben keynerhande Forderung ader Hynderniss haben ader thun unserme vorgenannten Herrn und Stifft uff die vorgenannt Nuwenstad Burg und Stad, und alles das, das darzu gehoret, und globen auch an diessem Brief, das wir diese vorgenanten unser Manne der Manschafft ledig sagen sollen, wan ein Ertzbischoff ader der Stifft von Mentze das erkobert an den Herren, da die Lehen herrurent, das die Lehen geeygent werden dem Stifft zu Mentze. Und zu eyme Urkund alles des, das hie vorgeschrieben ist, das das stete und veste sy, so han wir diesen Brief gegeben unserme vorgenanten Herrn und dem Stifft von Mentz mit unserm, unser Mutter, und unsers Bruders Gotfrids der vorgenanten Insiegel besiegelt. Und der Dinge, und des Kaufs, der hier vorgeschrieben ist, sind Gezugk Herre Johann von Sygersberg der Dechant, Herre Emerich von Schoneck der Schulmeyster, Herre Eberhart der Senger, Herre Eberhart der Custer, Herre Ott von Rudisshеym, Herre Ulrich von Bickenbach, Herre Wernher von Bolanden, Herre Eberhart von dem Steyn, und Herre Engelbrecht von Hoenfels, Dumherrn des vorgenanten Stiffts zu Mentze, mein Herre Herre Ludwig von Isenburg, mein Herre Herre Gotfried von Bruneck, mein Herre Herre Wernher von Falckenstein, mein Herre Herre Gerlach von Bruberg, mein Herre Herre Arroys von Bruberg, mein Herre Herre Syfridt von Eppenstein, mein Junkher Philips von Falckenstein, Herre Philips der Marschalck von Frauwenstein, Herre Ludwig von Are, Herre Billung von Ingelnheym, Herre Dietherich der Burggraff von Starckenberg, Herre Herman der Vizthum zu Aschaffenburg, Herre Erenbrecht der Vizthum vom Ringkauwe, Herre Crafft von Belderßheym, Herre Conradt von Cleen, Herre Andres von Vilmore, Herre Heinrich Friss, und Herre Cone von Ryffenberg der jung, und ander byderbe Herren, die darzu geheischen und gezelet wurden.

Dies geschach und der Brieff wart gegeben zu Mentze an der nehsten Mitwochen vor sant Gregorien Tag, do man zalt von Gots Gepurt Tusend zweyhundtert und vier und neunzig Jare.

CCXXXIII.

CCXXXIII.

Erzbischof Gerhard von Mainz schränkt die Anzahl der Nonnen in Werberg auf 36 Personen ein.

d. 31. März 1294.

G. Dei gratia sancte *Maguntine* Sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius dilectis in Christo Preposito, Abbatisse seu Magistre, Conventui Monasterii sanctimonialium in *Werberg* Ordinis sancti Augustini nostre Dyoceseos salutem in Domino. Cum propter temporis malum statum monasterium vestrum ad tenuitatem, ut accepimus, rerum & inopiam sit redactum, quod multitudo personarum apud vos non poterit commode sustentari, volentes tranquillitati ipsius vestri monasterii ex debito nostri officii salubriter providere, dictum conventum vestrum moti compassionis spiritu usque ad triginta sex personarum numerum sanctimonialium duximus restringendum, vos ex nunc a collatione prebendarum, postquam vacaverint in vestro monasterio, usque ad eundem numerum suspendentes, ac mandantes devotioni vestre nihilominus sub pena excommunicationis, quam ex nunc proferimus in rebelles, precipiendo districte ne aliquam de cetero puellam in vestri collegii consortium assumatis vel aliquotenus admittatis, donec numerus vester ad triginta sex sanctimoniales, ut premittitur, sit redactus, quem ex tunc perpetuis temporibus in ipso vestro monasterio statuimus observari, nisi forsitan in posterum vestri reditus sic excrescant, quod superioris auctoritate idem numerus fuerit merito ampliandus.

Datum *Maguntie* II. Kalend. Aprilis anno Domini MCCXCIV. *

CCXXXIV.

Graf Gottfried von Ziegenhain übergiebt die lehnbare Güther Ludwig Kalbs in Schreufe dem teutschen Orden in Marburg.

d. 7. Jun. 1294.

Nos *Gotfridus* Comes de *Cygenhan* recognoscimus & tenore presentium publice profitemur, quod prehabita matura deliberatione cum consensu & voluntate unanimi Domine *Mehtildis* collatralis nostre bona nostra in *Schrouse* sita cum omnibus suis pertinentiis, hominibus videlicet, areis, silvis,

* In eben dem Jahr verkaufen Strebe, Johann und Dietrich, Gebrüder von Schartenberg, an Landgraf Henrich drei Theile des Schlosses Schartenberg und zugehöriger Gerichtsbarkeit — (das Gericht zu Ersten mit seiner Zugehör ausgenommen), desgleichen die Hälfte ihres Schlosses zum kleinen Schartenberg, um 660 Mark schwerer Pfennige Marburger Wehrung. d. feria sexta post Walpurgis (8. Mai.)

silvis, campis, pratis, aquis & aliis suis juribus quibuscunque, que inquam bona *Lodewicus* miles dictus *Vitulus* nobis specialiter dilectus a nobis in feodo habuisse dinoscitur, religiosis viris Commendatori & Fratribus Hospitalis sancte Marie Theutonice Irlem. domus apud *Marpurg* propter Deum & ad preces *Lodewici* militis predicti appropriavimus, & jure proprietario in perpetuum possidenda porreximus & porrexisse seu donasse nos recognoscimus in hiis scriptis. In cujus nostre donationis testimonium Commendatori & Fratribus predictis presentem litteram porrigendam duximus, nostri sigilli munimine roboratam.

Datum anno Domini MCCXCIV. VII. Idus Junii. *

CCXXXV.

Abt Henrich zu Hirschfeld befreit das von Friedrich von Schlitz den Johannitern in Grebenau geschenkte Dorf Stärklos von der Lehensverbindung. d. 13. Aug. 1294.

H. Dei gratia Abbas ecclesie *Hersveldensis* scire cupimus universos Christi fideles hanc litteram intuentes, quod accedente ad nos *Friderico de Slitese* milite a nobis instantissime postulavit, quod nos villam *Starkolves*, & quicquid a nobis & nostra ecclesia feudaliter possidet ibidem in pratis, pascuis, nemoribus & campis, ac aliis suis appendiciis, conferre dignaremur fratribus sancti *Johannis in Grevenowe* jure proprietatis perpetue possidendam, resignans liberaliter in nostras manus & renuncians cum *Bertrade* uxore sua communicata manu omni juri, quod in eisdem bonis competere omnimodo ipsis posset; cujus piis precibus favorabiliter annuentes dictam villam cum prefatis suis pertinentiis ad jus & proprietatem dicte domus in *Grevenowe* transfundimus & donamus, ita tamen quod sepe dicta domus *Grevenowe* in recognitionem dicte ville & bonorum quondam proprietatis nostre Ecclesie inde dabit quolibet anno in festo sancti Martini quatuor libras cere, quas Custodi nostre Ecclesie presentabunt ad construendum & faciendum de ipsa cera duas candelas ad elevationem Dominici corporis cottidie accendendas.

Datum *Hersveldie* anno Domini MCCXCIV. Idus Augusti. Nos *Gisilberus* Decanus, *Henricus* major Prepositus & Conventus, quia hujusmodi contractus de nostro consilio consensu & voluntate existit factus, nostrum Sigillum presenti littere etiam duximus appendendum. Testes etiam sunt *Remboldus Pincerna noster de Lengesvelt*, *Ebirhardus de Milenrode* milites, & quam plures alii fide digni.

CCXXXVI.

* In dem nemlichen Jahr vertauschen dieser Graf Gottfried und dessen Gemahlin Mechtild dem Kloster Haina ihr Dorf Gerwißhain, mit Gericht und allem Zugehör, gegen die Dörfer Obernfischbach und Trudishain, d. in die Apostol. Simonis & Jude (28. Oct.), und bestätigen dem Kloster Haina alle seine Besitzungen, d. IV. Non. Nov.

CCXXXVI.

Graf Gottfried von Ziegenhain und dessen Gemahlin Mechtild verkaufen dem Kloster Haina zwei allodiale Güther in ihrer Vogtei Grüssen.

d. 2. Nov. 1294.

Omnia que scriptis vel testibus non roborantur ab humanis memoriis citius elabuntur. Noverit igitur tam universitas presentium quam posteritas futurorum, quod nos *Godefridus Comes de Cygenhain* & Domina *Methildis* nostra legitima adunatis manibus & consilio prehabito sufficienti, nec non bona voluntate, duo nostra allodia in Advocatia nostra *Grusen* sita cum omnibus pertinentiis eorumdem, videlicet agris, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, quorum unum *Gumpertus* inhabitat, & aliud *Henricus* dictus *Turing*, item duo maldra siliginis & auene, & tres solidos Marburgensium denariorum, qui tres solidi dantur de quibusdam bonis, que bona Antonii nuncupantur, vendidimus Domino Abbati & Conventui monasterii in *Hegene* Ordinis Cisterciensis Moguntine Diocesis pro certa summa pecunie nobis integraliter assignata, cum omni juris integritate titulo proprietatis perpetuo possidenda.

Datum anno Domini MCCXCIV. quarto Nonas Novembris, presentibus testibus subnotatis, Domino *Henrico* Commendatore de *Nidehe* quondam Notario Domini Godefridi Comitis de Cygenhain, Domino *Rudegero* Plebano in *Trese*, Domino *Eckehardo* Priore in Hegene & fratre *Volperto* Cellario ibidem, fratre *Wilhelmo*, sacerdotibus, fratre *Ortwino* converso, Domino *Wigando* dicto *Fraz*, *Rudolfo de Linnesfeld* militibus, *Gerlaco de Linnesfeld*, *Sybadone* & *Ludewico*, armigeris; *Cunrado* Sculteto & aliis quam pluribus fide dignis. Ut autem hec nostra vendicio firma permaneat & illesa, presentem litteram sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam.

CCXXXVII.

Erzbischof Gerhard von Mainz verspricht dem Landgraf Henrich, das Schloß Wildungen von dem Graf Otto von Waldeck an ihn zu bringen, im Fall er die Rechtmäsigkeit seines Anspruchs daran erweisen könne.

d. 1. Dec. 1294.

Nos *Gerhardus* Dei gratia sancte *Maguntine* Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoscimus & ad notitiam universorum volumus pervenire, quod quandocunque illustris Princeps Dominus *Henricus Lantgravius Hassie* apud nos personaliter duxerit postulandum, ut *Castrum Wildungen* cum omnibus suis attinentiis sibi reddamus, nos eidem Lant-

gravio

gravio diem certum assignare tenebimur, ad docendum justis & legitimis documentis ac litteris ac veris probationibus & informandum nos super restitutione castri & suis pertinentiis universis, & si ex jure & per proborum & fide dignorum virorum, militum & servorum, testimonium ac per certa documenta & literas probaverit, ac a nobis evicerit, sibi fore castri predicti restitutionem faciendam, nos nobilem virum *Ottonem Comitem de Waldecke*, qui idem castrum cum suis pertinentiis occupatum detinet, monere debemus & inducere, ut idem castrum nobis restituat & remittat. Quod si ad restituendum & remittendum nobis se opposuerit Comes de Waldecke, predictum castrum cum pertinentiis universis nos ex tunc, ad recuperandum & rehabendum castrum predictum & bona ipsius, contra eundem Comitem tam per secularis quam spiritualis potentie brachium, imo quocunque modo poterimus, procedere tenebimur fraude & dolo exclusis, & ad rehabendum dictum castrum illustris Dominus *Henricus Lantgravius Hassie* nobis totum posse suum & juvamen fidele impendere tenebitur bona fide, prout nobis supra corpus Christi juravit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum & actum *Ameneburg* in crastino Andreae, Anno Domini M. ducentesimo nonagesimo quarto.

CCXXXVIII.

Plessische Schenkung an das Kloster Höckelheim.

1295.

In nomine &c. Nos *Godescalcus* senior, *Godescalcus* junior Nobiles de *Plesse*, *Henricus* quoque dictus ibidem Domicellus *Homborch* - - -. Presens etas & futura plenius intelligat ac cognoscat, quod *Henricus* de *Suthem* famulus - vendidit Ecclesie in *Hokelem* quatuor mansos in *Suthem* sitos -. Nos vero Nobiles prelibati proprietatem trium mansorum, quos a nobis predictus *Henricus* in pheodo aut jure pheodali tenuit, jam dicte Ecclesie in *Hokelem* donavimus &c.

Datum *Plesse* Anno Domini MCCXCV. in vigilia beati Jacobi Apostoli.

CCXXXIX.

Werner von Westerburg öfnet Landgraf Henrich, seiner Gemahlin Mechtild, und Johann und Ludwig, ihren Söhnen, sein Schloß Löwenstein gegen alle ihre Feinde.

d. 23. April 1296.

Ego *Wernherus de Westerburg* tenore presentium protestor, & ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum cupio pervenire, me fide data promisisse & ad sancta sanctorum jurasse, illustri

illustri Principi Domino meo reverendo *Heinrico Landgravio terre Hassie Domino*, Domine *Mechtildi Landgravie* sue collaterali, *Johanni & Ludovico fratribus* eorum filiis, nec non heredibus eorundem, contra omnes, quocunque vel quibuscunque vocabulis nuncupentur, volentes ipsos molestare, *castro meo Lewenstein* vel castris, quod vel que eisdem debent esse patentia, corpore & rebus, bona fide, omni fraude & dolo exclusis, perpetue serviturum. Ita sane, si Dominus meus Landgravius, & Domina mea Landgravia ac ipsorum heredes discordiam inchoarent cum nobili Domino *O. Com. de Waldecken*, contentus sedebo, nulli partium adminiculum prestando nec corpore nec rebus. Si vero Dominus meus de Waldecken discordiam cum predictis, videlicet Domino Landgravio & ejus Contorali ac pueris eorundem, inchoare contigerit vel inchoaret, tunc dictos Dominum Landgravium, uxorem suam & pueros ejus teneor & promitto adjuvare toto posse, non solum contra dictum Dominum O. de Waldecken, verum etiam contra omnes - - - - vel offendentes, consanguineis & meis pauperibus præexceptis, quos castro meo vel meis juvabo, si dicti Dominus meus Landgravius vel uxor sua vel liberi eorum ipsis injuriam inferre vellent, tamdiu, donec ipsos ordinarem vel ducerem in gratiam & emendam. Si vero tales amici mei Domino meo Landgravio & sue contorali & eorum heredibus malum conciperent, vel velint contra debitum & justitiam irrogare, in nullo talibus meis consanguineis operam dabo consilio neque auxilio, nec ipsos Castro meo vel Castris recipiam quoquo modo. Sane cum ratione horum servitiorum & obligationum, quibus me sic famulando dictis Domino meo Landgravio ac uxori sue ac pueris eorum obligavi, mihi dederunt L. marcas den. Colon. in feudum castrense, in vicissitudinem & recompensam ipsis in bonis meis, videlicet villa *Betzichenrode* cum omnibus eorundem pertinentiis & usibus, assignavi V. marcas redituum percipiendas singulis annis, una cum *uxore mea Jrmengardi*, manibus coadunatis ac unanimi consensu. Si dicta premissa & jurata non servarem, quod Deus avertat, dicte quinque marce redditus ad ipsos libere devolvant ac pacifice singulis annis percipiendos perpetue possidendos. In omnibus quidem istis contractibus & ordinationibus, promissionibus & instrumentis, heredes mei post mortem meam, si voluerint vel decreverint, permanebunt. Qui si noluerint, illi dicti V. marcarum redditus ad dictum Dominum meum Landgravium & suos libere revertant. In quorum evidentiam & testimonium presens scriptum do meo sigillo roboratum. Testes hujus sunt *Heinricus de Jttere*, *O. de Valkenberg*, *Heinricus de Rumerode Marscalcus*, *Ludewicus Kalp*, *Guntramus Pincerna*, *Volpertus Kolbe*, *Thammo de Alnhusen*, *Johannes Ritesel*, & alii quam plures.

Actum anno Domini MCCXCVI. die Georgii.

CCXL.

Hermann und Werner von Gudensberg übergeben Landgraf Henrich und seiner Gemahlin Mechtild die Vogtei in Kauffungen.

d. 7. April 1297.

Nos *Hermannus* & *Wernherus fratres de Gudenberg* tenore presentium protestamur, quod unanimi consensu & bona voluntate dedimus damus & presentibus dedisse ratificamus *Advocatiam in Caufungen* cum omnibus suis juribus & pertinentiis illustribus *Heinrico Landgravio terre Hassie Domino*, Domine *Methildi* sue conthorali & eorum heredibus, abrenunciatione a nobis super ea facta, pacifice & quiete possidendam. Ne igitur super hiis in posterum aliqua possit oriri dubitatio, nos prefati Hermannus & Wernherus presentem literam pariter conscribi fecimus & ambo dedimus sigillo mei Hermanni antedicti una cum sigillo Wernheri de Westerburg roboratam. Testes hujus sunt videlicet Dominus *Hermannus Comes de Battenberg*, *Wernherus de Westerburg*, *Heynmannus de Itere*, *Otto de Falkenberg*, *Johannes & Eckehardus de Helfenberg*, *Thamo de Ellenhusen & Johannes Riteselmilites*, & *Henricus de Bederikessen*.

Actum anno Domini MCCXC. septimo, die Palmarum.

CCXLI.

Eberhard von Merenberg, Kanonikus zu Speier, überträgt unter gewissen Bedingungen seinen Stammverwandten seine Kirche zu Dorlar, um von deren Einkünften ein Nonnenkloster zu stiften.

d. 19. Mai 1297.

Nos *Eberhardus de Merenberg* Canonicus ecclesie *Spirensis* tenore presentium profitemur, quod nos divine pietatis intuitu resignavimus ecclesiam nostram dictam *Dorlar* Treuerens. Diocef. *Gertrudi relicte quondam Hartradi de Merenberg nostri fratris*, ac *Hartrado filio* ejusdem Preposito ecclesie *Wetflar*. ad fundandum Claustrum monialibus de proventibus ecclesie predicte, in remedium anime dicti Hartradi & eorum parentum, ita tamen, quod predicta relicta & suus filius singulis annis in festo beati Martini viginti marcas Colon. den. legalium, tribus Hallens. pro quolibet denario computatis, tenebuntur nobis assignare, quarum marcarum assignatio & presentatio inchoabit a proximo festo beati Martini nunc instante ad annum ejusdem festi. Si vero cum proventibus dicte ecclesie a nobis resignate non fuerit Claustrum monialibus edificatum & fundatum, tunc ipsi ambo vel alter eorum dictam ecclesiam tenentur nobis reddere & conferre ad possidendum ea jure & modo priori.

Cum

Cum autem predictum Claustrum consummatum fuerit, tunc predicta relicta & suus filius debent obtinere literam ab ipsis monialibus in eo habitantibus in hunc modum, quod quicumque ipsi ambo vel alter eorum festo beati Martini XX. marcas den. legalium nobis assignare neglexerint, quod ex tunc ab Archipresbytero Wetflar. excommunicari debeant, & claustrum poni sub ecclesiastico interdicto, citationibus pretermissis tam diu, quousque predicte XX. marce fuerint nobis ab ipsis, videlicet relicta Har. & suo filio predictis, presentate. Est etiam adjectum quandocunque ipsi aliam ecclesiam, predicte ecclesie in proventibus equipollentem, nobis contulerint, a pensione predictarum XX. marcarum erunt absoluti; si vero ecclesiam nobis non contulerint, vel ab alio conferre nobis non ordinaverint eque bonam, sed redditus XX. marcarum loco competenti nobis assignaverint, ipsis loco ecclesie erimus contenti, & ipsi a pensione XX. marcarum erunt exonerati. Pro qua litera assignationis & obligationis ab ipsis monialibus optinenda & nobis presentanda nobis constituerunt fidejussores in solid. subnotatos, videlicet *Lenifridum* dictum *Woltensleger*, *Hartmudum de Elkerhusen* milites, Heilmannum quondam Advocatum de Wetflaria, Johannem de Holzhusen, Lenifridum Hesse de Diffinbach, Gyselbertum dictum Scheze de Dernbach, Emerchonem de Diffinbach, Johannem Dapiferum, Ludewicum Dapiferum & Muselinum de Deferen, qui si dicta litera, in qua moniales se ad penas predictas excommunicationem & interdicta astringere debent, dum claustrum fuerit fundatum, non fuerit nobis ab ipsis data, commoniti tam diu fideiussoris debitum in civitate Wetflar. exequentur, quousque predicta litera obligationis dictarum monialium fuerit nobis assignata. In cujus rei testimonium presentem literam nostro sigillo dedimus roboratam.

Datum anno Domini MCCXCVII. Sabbato ante Urbani proximo.

CCXLII.

Graf Otto von Eberstein verkauft an Landgraf Henrich Grebenstein, mit allem Zugehör.

d. 28. Aug. 1297.

Wir Graue Otte von Eberstein bekennen an dieseme gegewoordegen Brive allen den, die ihn sehnt oder horent lesen, daz wir han vorkennt unserm liben Heren Lantgrauen Heinrich von Hessen, und unser Frowen Mechild der Langreuinnen, und iren Kinden, Grebestein mit deme Gerichte und mit alme daz darzu gehorit an Luten, Guten, Holze, Wassere, Weide, und mit alme daz darzu gehorit, daz wir sulin des sin rechte were sin. Wir bekennen auch, daz wirs han geligen drien sinen Burgmannen, Hern Tammen von Alnhusen, Hern Willkinde Sasen, und Hern Johannen Ritesel, also lange biz wirs ien gemachen unserme vorgenannten Herren Lantgreuen

Heinrich, unser Frowen Mechildi der Langreuen, und ern Kinden, von deme Heren, von deme sis mit erin haben megint. Des geben wir disen Briph zu eime Urkunde mit unserm Siegel vorsiegelt. Dirre Briph war gegeben zu Kassele, du man zalde von Godes Geburten dusend jar Swehundir jar, in deme sibende jare und nuzet. * An deme Sontage nach sente Bartholomews Tage des heyligen Swelfboden.

CCXLIII.

Graf Gottfried von Ziegenhain giebt dem Abt von Hersfeld den lehnbaren Zehenden in Engels auf, mit Bitte, ihn an das Kloster Haina zu übertragen.

d. 10. Febr. 1298.

Reverendo Domino suo H. Abbati Hirsfeldensis ecclesie *Godifridus* Dei gratia *Comes de Cygenhagin* paratam ad beneplacita voluntatem cum obsequio semper prompto. Cum nobilis vir *Wernherus de Westerburg* decimam sitam in terminis ville *Engylis* vendiderit viris religiosis Domino Abbati & Conventui monasterii in *Hegene*, quam a nobis tenuit titulo feodali, & nos ulteriori modo a nobis teneamus eandem, dominationi vestre dictam decimam transmittimus resignatam affectuose rogantes, quatenus propter Deum . . . . precum humilium intuitu predictam decimam prelibato monasterio conferre dignemini, jure proprietatis perpetuo possidendam.

Datum anno Domini MCCXCVIII. IV. Idus Februar.

CCXLIV.

Trudwin von Dernbach entsagt gegen das Kloster Aldenburg bei Wezlar seinen Ansprüchen auf Güther in Hulsbach und Anshausen.

d. 22. Febr. 1299.

Universis presentes litteras inspecturis & audituris ego *Trudwinus de Derninbach* & *filius meus Trudwinus* notum esse cupimus & presentibus manifestamus, quod controversia que inter nos ex una parte & ecclesiam de *Aldinburg* juxta Wetflariam ex altera parte versabatur pro bonis in *Hulspag* & in *Anshusin* coram strenuis viris Nobilibus Dominis *Comitibus Widekindo & Wernero fratribus de Widechistein* taliter est sopita, videlicet quod ipsa ecclesia sive fratres ejusdem ecclesie dederint nobis unam marcam Coloniensium & bonorum denariorum, quam confitemur presentibus rece-

* Die Jahrzahl ist in dem Original selbst etwas unverständlich; daher andere Abschriften lieber 1307 verstanden.

recep'ſſe & in uſus noſtros pleniores convertiſſe, & nos omne jus & dominium quod habere videbamur ſive habuimus in prediſtis bonis *Holpaz* & *Ambuſin* transferimus in prefatos eccleſiam ſive collegium de *Aldinburg* in hiis ſcriptis, nolentes ipſam eccleſiam in prefatis bonis per nos vel per aliquem ex parte noſtra de cetero quoquomodo inpediri. Huic compoſitioni interfuerunt & teſtes ſunt, Nobiles Domini *Widekindus & Wernerus Comites de Witgiſtein* ſepefati, *Decanus de Laspe*, *Henricus de Steynbach* Scabinus, *Gerlacus de Silva*, *Wernerus de Ventitinbuſin*, *Gerlacus & Walterus* de . . . . *nisbuſin* & alii quam plures fide digni, in cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſigillis ſtrenuorum virorum ſupradiſtorum de Witgiſteyn Comitum . . fecimus ſigillari, & nos W. & W. Comites prelibati profitemur, quod ad preces *Trudwini* & *filii ſui Trudwini* ſigilla noſtra preſentibus appoſuimus in teſtimonium premiſſorum.

Datum anno Domini MCC. nonageſimo nono, catedra Petri Apoſtoli.

CCXLV.

Die Herrn von Pleſſe ſchenken dem Kloſter Höckelheim die Patronatrechte in benannten Orten.

d. 17. April 1299.

In nomine &c. Nos *Godescalcus ſenior* & *Godescalcus junior* Nobiles de *Pleſſe* — Eccleſie Sanſtimonialium in *Hokelhem* - - pro noſtrarum & *Henrici* dicti *Homborg noſtri conſanguinei occiſi* animarum remedio - - jura patronatus *Wittenwatere*, *Badenhuſen*, *Vorſtat*, & *Landolvesbuſen* eccleſiarum parrochialium donavimus quaſi poſſidenda perpetuo inconcuſſe &c.

Aſta ſunt hec anno Domini MCCXCIX. XV. Kalend. Maji. Teſtes hujus ſunt: Dominus *Henricus* Prepoſitus in *Hokelhem*, Dnus *Henricus* de *Lengede*, Dnus *Fredericus* de *Pleſſe*, Clerici; Dnus *Borchardus nobilis* de *Meynerſen*, *Theodericus* de *Bodenboſen*, *Henricus* diſtus *Broylere*, Laici.

Datum in Caſtro *Pleſſe*, in Paraſceve. *

CCXLVI.

* Erzbiſchof Gerhard von Mainz, als Diœceſanus, beſtätigt dieſe Schenkung und verleibt jene 3. Kirchen dem Kloſter ein, das nun die dahin zu beſtellenden Prieſter dem Archidiakonus präſentiren und genugſam beſolden ſoll. Datum *Hyligenſtat* anno Domini MCCCIII. XII. Kal. Junii.

Nos *Godescalcus* ſenior & *Godescalcus* junior, filii *Hermanni* felicis memorie, Nobiles de *Pleſſe* — Eccleſie Sanſtimonialium in *Hokelhem* molendinum ſitum in *Margtoldendorph* - - liberaliter contulimus &c. Aſta ſunt hec anno Domini MCCXCIX, III. Id. Febr. Datum in Caſtro *Pleſſe* in Paraſceve.

CCXLVI.

Landgraf Henrich nimmt den Ritter Konrad von Cleen zum Burgmann in Giessen auf, und weißt ihm sein Buchlehn auf das Gericht zu NiederCleen an.

d. 28. März 1300.

Nos *Henricus* Dei gratia *Landgravius terre Hassie Dominus.* Universis inspectoribus presentium volumus esse notum, quod strenuum militem *Conradum de Cleyen*, ob grata & accepta servitia nobis hucusque prestita & imposterum exhibenda, ad oppidum nostrum dictum *Gyezen* in hereditarium castrensem recipimus per presentes, assignantes & conferentes eidem Conrado & suis legitimis heredibus hujusmodi partem judicii pro hereditario feodo castrensi, que nos in villa dicta *Niedern Cleyen* contingit, cum omnibus juribus, profectibus & honoribus, quocunque nomine censeantur, nos ratione antedicte partis judicii contingentibus, perpetuo possidendam, sub harum testimonio literarum, nostro sigillo firmiter signatarum.

Datum apud *Fridberg* in presentia *Henrici de Yebe*, *Henrici de Orphe*, & *Conemundi* Advocati de *Vronhusen*, militum. Anno Domini MCCC. quinto Kal. Aprilis. *

CCXLVII.

Graf Gottfried von Ziegenhain giebt den Zehenden in Elberodt, den *Cuno de Holzheim* miles, *Wernerus de Gilse* armiger & frater plebani in *Lovelbach* von ihm zu Lehen getragen, auf dieser ihr Ansuchen an das Kloster Haina. d. feria III. post Lætare. — *Hermannus* & *Sifridus* fratres de *Geismar* armigeri verkaufen eben diesem Kloster den halben Zehenden in Elberodt. d. in mense Octobr. Sig. Wernerus de Schweinsberg.

* In eben dem Jahr bekennen Reinhard von Aldenburg, Friedrich von Romrode sein Eidam, daß sie illustri Principi Domino nostro *Heinrico Lantgravio terre Hassie Domino*, Domine nostre Lantgravie *Mechtildi* sue conthorali legitime, *Johanni filio ipsorum* ihr Schloß Aldenburg, das er, Reinhard, von dem Landgraf zu Lehen getragen, und alle ihre Erbschaft und Güther, die zu demselben Schloß gehören, nemlich von dem Acker, genannt Denacker, durch das ganze Feld genannt Breidenfeld, und das Feld genannt Eingell bis auf den Berg genannt Gelenberg zum Kirschbaume, ferner von dem Kirschbaume herab bis in das Dorf Lüdenrode, und alles was sie zu Lüdenrode gehabt, und alle ihre Aecker, die an den Hagen zu Allendorf stoßen, auch die Mühlen, und alles was sie daselbst gehabt, es sei an Wiesen, Weiden, Wasser, Welde, Felde, Aecker, besucht und unbesucht, übergeben und verkauft haben; dagegen Landgraf Henrich benanntem Reinhard alle seine Schulden, und dazu das Ehsteuergeld, das er Friedrichen von Romrodt zu seiner Tochter Margarethe verheissen, bezahlt habe. Actum & datum in *Alsfeldt* anno Domini MCCC, in crastino S. Odelrici (5. Jul.)

CCXLVII.

Henrich Abt zu Fuld nimmt den Philipp Herrn zu Münzenberg zum Burgmann in Bingenheim auf.

d. 24. Sept. 1300.

Nos *Philippus* Dominus de *Mincenberg* recognoscimus, nos & heredes nostros a venerabili in Christo patre Domino *Heinrico Fuldensis* Ecclesie Abbate redditus decem marcarum nomine Castrensis feudi recepisse, de quo nobis suas dedit literas in hæc verba: Heinricus Dei gratia Fuldensis Ecclesiæ Abbas recognoscimus, quod de consensu dilectorum in Christo filiorum *Marquardi* Decani, & totius Conventus nostri, Nobili viro *Philippo* Domino de *Mincenberg consanguineo nostro* & suis heredibus centum marcas denariorum Coloniensium, tribus Hallensibus pro denario computatis, in perpetuum Castrense feodum *Castri Bingenheim* deputavimus in hunc modum, ut ipse, & post eum sui heredes, Castrensem idoneum sibi in dicto Castro substituant, qui custodiam faciat Castralem & residentiam, ut est moris, nobis & ecclesie nostre & successoribus nostris homagium prestiturus & pro dictis centum marcis sibi decem marcas annuorum reddituum de precario nostro in *Fulda*, quæ in festo sancti Michaelis sibi cedent, titulo pignoris obligamus, & cum sibi vel suis heredibus centum marcas persolverimus antedictas, redditus decem marcarum predictarum de precario in *Fulda* ad nos & ecclesiam nostram libere revertentur, & eisdem centum marcis decem marcarum annuos redditus comparabunt, vel de suo proprio nobis & ecclesiæ nostræ tantundem reddituum resignabunt, a nobis nostris successoribus & ecclesia nostra in Castrense feudum dicti Castri hereditario recepturi. In quorum testimonium sigillum nostrum appendimus huic scripto.

Datum anno Domini MCCC. secunda feria post Mauritii & sociorum ejus.

CCXLVIII.

Graf Gottfried von Ziegenhain sagt dem Abt von Hersfeld die lehnbare Vogtei in dem Dorf Grüßen auf, mit Bitte, sie dem Kloster Haina zu übergeben. *

d. 6. Jan. 1301.

Reverendo Domino suo Abbati *Hersfeldensis* Ecclesie *Godofridus Comes de Cygenhain* quicquid poterit obsequii & honoris. Dominationi vestre Advocatiam in villa *Grusen* cum omnibus pertinentibus

* Graf Gottfried von Ziegenhain hatte im vorhergehenden Jahr 1300. dem Abt und Konvent zu Hersfeld bestätigt libertatem bonorum in villa dicta *Grusen*, quam quondam libere & absolute vendidimus prememoratis, und die dort angesessnen Leibeignen von dem Vogteirecht, Gericht und allen andern Rechten freigesprochen. d. Sabbatho ante Dominicam qua cantatur quasimodogeniti (16. April.)

mentibus ad ipsam, videlicet in Advocaticiis bonis, in hominibus, in redditibus, omni jure, utilitate, libertate consuetudine pariter & honore, sicut ipsam a vestra ecclesia habuimus possedimusque usque modo titulo feodali, ita libere presentibus transmittimus resignatam vestre benignitati, devotione quam intima supplicantes, quatenus propter Deum & nostrum perpetuum servitium jam dictam Advocatiam cum omnibus premissis spectantibus ad ipsam Domino Abbati & . . . Conventui monasterii in *Hegene* conferre dignemini libere & absolute jure proprietatis perpetuo possidendam.

Datum anno Domini MCCC primo, in Epiphania Domini.

CCXLIX.

Graf Otto von Beilstein verkauft an Landgraf Henrich mehrere benannte Aktivlehen.

d. 14. Mai 1301. *

Nos Dei gratia Comes *Otto* dictus de *Bilstene* recognoscimus publice in hiis scriptis, quod Domino nostro *Henrico Landgravio terre Hassie Domino*, *Mechtildi uxori sue* legitime, & *filiis* suis, cum consensu Domine nostre *Katerine*, bona nostra feodalia, que habemus ab aqua *Gewerra* dicta usque ad silvam, que *Hecheno* appellatur, & sita per partes *Hassie* circumquaque, vendidimus proprietatis titulo perpetuo possidenda. Hii autem sunt, qui detinent bona in feodo a nobili Domino Ottone Dei gratia Comite de Bilstene: *Eberhardus* miles, *Bertoldus*, *Widekindus* & *Hugo* fratres de *Suarzenburg* bona que habent in *Walda*, *Volthagen* & *Crumbach* & decimam mediam in *Milsugen superiori* & alia bona, que a nobis habent.

Gotzwinus civis de Milsugen habet a nobis aliam partem ipsius decime, Tammo miles habet a nobis decimam sitam apud *Hoenberg*, item sine nostra voluntate habet bona in *Vorschuz* & duo molendina que a nobis habuit *Ekehardus* miles de *Helfenberg*, Hermannus miles & Thidericus frater suus autem valuam habuit dimidiam decimam a nobis ante *Cassele* & alia bona.

Degenhardus de Fronerishusen habuit a nobis aliam partem ipsius decime, Hermannus de Velsberg.

Ekehardus de *Cappele* habet a nobis Advocatiam in *Ermensassen*, Reinfridus de Richenbach.

Ludewicus miles & *Gerlacus de Cappele* habent a nobis bona sua ibidem, *Hermannus* miles & *Giso* fratres de *Bomeneborg*.

Henricus miles de *Bonstene*, *Bodo* de *Bomeneburg*, Hoydelo de Wichmanneshusen sex mansos in *Arnolverode*, Hoydelo miles habet a nobis bona in *Suevede*, Johannes de Lichberge bona sua in

* In Estor. Orig. Jur. publ. Hass. p. 314. stehn die Eingangsformeln und Zeugen dieser Urkunde, aber nichts von ihrem Inhalt.

in *Bornersbusen*, Johannes suus patruelis & Eilmarus frater ejus bona sua ante oppidum *Escenewege*, Hermannus Dedonis bona sua in *Stedewadesbusen*, Erkenbertus & sui fratres de *Owa* bona sua apud oppidum *Escenewege*, Bertoldus & Henricus dicti *Eselescop*, Hartradus de Hunoldeshusen & sui fratres, Henricus caput, Conradus & Brunwardus fratres, Henricus de Virbach, Albertus de Honde, Sifridus Judæus, Ludewicus obulus & Henricus de Tudeleven sororius suus, & Henricus de Menze, *Bertoldus* miles & Ulricus fratres de *Harstall* bona sua in *Grebendorf*, Symon & Hermanus fratres de Slerere, Sifridus, Waltherus & horum fratres de Hunoldeshusen, filii Henrici dicti Eselescop, Hugo de Marchia, Thidericus de Regelderode, Conradus Arnoldi, *Johannes* miles de *Rogelderode*, Waltherus de Mela, Thidericus Widegonis, Conradus de Franwordeshusen - - bona sua in *Widenhusen* & in *Bornem*, Ekehardus de Waldolferode & sui fratres.

Johannes de Albugen, Conradus de Honugede, Albertus & sui fratres de Wichardesa, Henricus dictus teolonarius, Conradus dictus Geweler, Conradus de Bensungen, Henricus & Conradus fratres dicti Rathart, Henricus Stango & filii sui bona in *Grebendorf* & molendinum in *Suebete* & alia bona, Albertus Heroldi, Godescalcus de Reidesrode, Eberhardus de domo lapidea & Hermundus frater ipsius, Hermannus de Slatra & fratres sui, Dethmarus Roste, item Ludewicus de Slutwinsdorf, quidquid habet in *Cappele* - - judicium habet a nobis, filii *Brunonis de Weverstede* militis bona in *Oberenbonde*, item Henricus de Deslette bona juxta *Suebede*, item fratres dicti Valewern de lapide bona que habent juxta *Escenewege*.

Item Helfricus dictus de Cruceberg miles, Sibodo de Widenhusen, Heidenricus dictus de Slaten, Thidericus dictus de Widenhusen.

Hujus promemorate nostre venditionis testes sunt *Hermannus* miles de *Brandenfels* & fr. & *Henricus de Spangenberg* milites, & *Hermannus* miles dictus de *Bomeneborg*, *Bodo* de *Bomeneborg* & Oppida *Escenewege* & *Aldendorf*, & in signum testimonii sui, ut presens instrumentum permaneat perpetuo inconvulsum, duxerunt presentem paginam sigillorum suorum munimine roborandam.

Datum anno Domini MCCC primo, pridie Idus Maji.

CCL.

Graf Henrich von Nassau verspricht die von Graf Emich von Leiningen, seinem Grosvater, ererbte Güther mit seinem Bruder zu theilen.

d. 28. Febr. 1303.

Heinricus *Comes de Nassauwe* tenore presentium publice profitemur, quod nos fratri nostro *Emichoni Comiti* ibidem, vel ejus legitime conjugi nobili matrone *Anne*, omnia bona ac universa, que sive jure proprietario, sive jure feodali ad nos sunt devoluta quondam per avum nostrum

Emichonem Comitem de Liningen, & ex morte *Emichonis filii sui* Comitis ibidem nostri avunculi, vel que in posterum ad nos possent devolvi jure ejusdem successionis cum castro in *Liningen*, si ambo requisierint, junctim vel divisim dividere promittimus, equa & justa portione eos contingente, qualibet mora & occasione non obstantibus, & omni dolo & fraude postpositis. Et ut dicta promissio rata ac firma permaneat, promittimus fide prestita corporali, nos premissa singula servaturos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Actum & datum anno Domini MCCC tercio, feria quarta post Mathie Apostoli. *

CCLI.

Benannte Adliche, denen das Mainzische Schloß Haldessen, bei Hofgeismar, verpfändet war, reversiren sich wegen der Wiederlösung.

d. 25. März 1303.

Nos *Conradus de Twiste*, *Widekindus* frater ejus, *Th. de Haldessen* senior, *Steffanus* ipsius filius, *Amelungus de Asle*, & *Erpo de Ernigen*, recognoscimus & tenore presentium publice profitemur, nos per dationem fidei promisisse, & juramentum corporaliter prestitisse, quod omni occasione, fraude & dolo exclusis, castellum *Haldessen* reverendo Domino nostro Archiepiscopo Maguntino, successoribus suis, aut Ecclesie Maguntine restituere debemus, quandocunque pro ducentis marcis denariorum gravium *Wartperg* & *Geysmar* usualium, vel pro centum marcis puri argenti a nobis duxerint redimendum, & redemptionem ad spacium dimidii anni preintimaverint, ut nobis de alio possimus hospicio providere. Debet etiam Domino nostro Maguntino & Ecclesie sue semper esse

pre

* Weil keine Urkunde vom Jahr 1302. vorkommt, so theile ich hier einige zu gedachtem Jahr gehörige Extrakte mit. — Konrad Herr von Schonenberg belehnt, mit Einwilligung seiner Hausfrau Alheit, und seiner Söhne Konrad und Berthold, den Johann von Schachten, Knapen, und seine Hausfrau Judith, auch dessen verstorbenen Bruders Henrichs von Schachten Söhne, Konrad und Henrich, mit der Edelvogthei zu Schachten, doch mit dem Vorbehalt, dieselbe mit 24 Mark gemeiner Pfennige Marburger Wehrung zwischen Martini und Purificationis Mariæ wieder an sich lösen zu können. — Graf Albert von Schwalenberg beleibzüchtiget seines Sohnes Henrichs Hausfrau Elisabet mit Renten und Hünern in seiner Stadt Barchofen, dem Hof zu Eichdorp, dem Hof Haddesen, der Hälfte an den Dörfern Rütthen und Hüddenhofen, dem Dorf Beunebicke, dem Dorf Bracken und dem Hof Nordessen, und soll gedachte Elisabet diese Renten Zeit ihres Lebens einhaben. — *Otto* Dei gratia *junior Lantgravius terre Hassiæ Dominus* nimmt das Kloster Haina in seinen Schuz. Es siegeln: Wernerus de Suensberg miles, Ludovicus dictus Kalp officialis in Bidenkap, miles, Hermannus de Loewenstein militaris. d. die b. Bartholomæi Apostoli (24. Aug.)

pro omnibus necessitatibus suis aperta munitio contra quemlibet indifferenter, dummodo nobis preintimetur, quod honorifice & salvo honore facere hoc possimus. Si etiam in tali discordia, occasione Domini Maguntini causante, aut nostra, ubi jus habuerimus, dictum castellum expugnetur, nobis tenebitur ad integram restitutionem pecunie memorate; si vero occasione nostra perdatur in litibus frivolis, ubi justitie parere noluerimus, quod absit, Domino nostro Maguntino castellum, & nobis pecunia desuper concessa reputabuntur perdita utrobique. Tempore autem redemptionis castelli, sique fecimus edificia pro necessitate castelli specialiter in turri, muro, circulari, & fossatis, aut aliis commodis & utilitatibus quibuscunque, expense talium ante restitutionem nobis juxta estimationem probabilem & notoriam integraliter refundentur. Preterea reverendus Pater Dominus Maguntinus me Conradum prefatum, & meos vere liberos seu heredes, in hereditarios Castrenses recepit sibi & sue Ecclesie prelibate, deputans nobis hereditario feodo Castrensi sex marcarum redditus denariorum gravium, quamdiu eos more boni Castrensis studuerimus deservire, ac debebit nos tanquam alios suos Castrenses promovere & tueri nostris omnibus in agendis. Testes hujus sunt nobilis vir *Otto Comes de Waldeck*, *Luppoldus* Prepositus Northunensis, G. Decanus Frizlariensis, *A. de Trugelnrode*, *Wi. Wackermule*, milites; *Reynherus de Dalwig*, *He. Holzhusen*, *Fr. de Hertingshusen*, & *He. de Tueren* cum aliis pluribus fide dignis. In quorum evidentiam nostra sigilla, qui propriis utimur, apposuimus huic carte; ego videlicet Conradus meum, quo Widekindus frater ejus contentus sum una secum; Th. de Haldesheym, quo Steffanus filius ejus contentus existo una secum, & Amelungus de Asle, quo Erpo contentus existo similiter una secum. Insuper petivimus & obtinuimus cum effectu nobilium & honorabilium virorum Dominorum videlicet Ottonis Comitis de Waldeck, Luppoldi Prepositi Northun. & G. Decani Frizlariensis apponi sigilla, que & nos predicti apposuimus ad humilem petitionem premissorum, & pleniorem evidentiam omnium prescriptorum.

Actum & datum *Frizlarie* anno Domini MCCC. tertio, in festo Annunciationis beate Marie Virginis.

CCLII.

Albert der jüngere von Rumrod entsagt seinem Recht auf einen von seinem Bruder den Johannitern zu Grebenau geschenkten Hof in Jba.

d. 20. Aug. 1303.

Ego *Albertus junior de Rumerode* frater *Ludewici*, *Heinrici* & fratris *Friderici* Ordinis sancti Johannis Iherosolymitani *de Rumerode*, omnibus hanc litteram inspecturis seu ejus continentiam audituris cupio esse notum, quod plane renunciavi ville seu curie in *Ybin*, tam proprietati quam

quam aliis omnibus pertinentiis eedem curie, una cum omni actione, que deinceps mihi competere posset, conferendo & resignando predictam curiam cum omnibus pertinentiis & juribus pro elemosina & munere spirituali fratris Friderici, fratris mei predicti, Domino ac fratri *Widekindo* Commendatori, fratri Johanni Priori & ceteris fratribus ordinis predicti domus in *Grebenauwe* titulo proprietatis & pleno jure perpetue possidendo. Hujus rei testes sunt: *Albertus* miles senior de *Rumerode*, Theodericus dictus Kule, Conradus dictus Panchuche, & quamplures alii fide digni. In cujus rei testimonium & certitudinem pleniorem presentem litteram mei sigilli munimine roboravi.

Datum & actum in *Alsvelt* anno Domini MCCCIII., XIII. Kalendas Septembris.

CCLIII.

Erzbischof Gerhard von Mainz verpfändet dem Grafen Otto von Waldeck, für den ihm im Krieg gegen den Kaiser geleisteten Beistand, das Schloß Gyselwerder mit Dörfern und Zugehör.

d. 10. Nov. 1303. *

Wir Graf Ott von Waldeck haben empfangen von vnserme Ersamen Vatter vnd Herrn Herrn Gerhard Erzbischoff von Menze sin Brief also hernach geschrieben steet: Wir Gerhart von Gots Gnaden des heiligen Stuls zu Menze Ertzebischoff, des heyligen Romischen Ryches ober dutsche Lande Ertzkantzeler, bekennen vnd betzugen offentlich an diesem Brieff, das wir dem Edeln Manne Otten Grauen von Waldeckke, vnd sime Sone Heinrichen, vnd iren rechten Erben, vnsern Teyle des Schloß zu dem Gyselwerde mit alle der Gulte vnd Rechte, das darzu gehoret an Dorffen vnd Luthen, Holz vnd Velde, Wasser vnd Weyde, han geluhen zu rechtem Manlehen, ruwigliche zu besitzenn von vns vnd vnserme Stiffte, vmb getruwen Dienst, den sie vns vnd vnseme Stiffte han getan inn dem Kriege, den wir vnd vnser Stifft hatten gegen den Romischen König vnd sin Helffern, darinn sie by vns bliben, als lang bis wir ader vnser Stifft das genann Sloß vnd Gulte fur Tusent Marck Collnischer Pfening wider keuffen, dry Heller zu rechenn fur den Pfening; das han sie auch fur sich vnd ir Erben inn Truwen glopt vnd zu den Heyligen geschworn, das sie an dem Widerkauff vns ader vnße Stifft ane allerhande Argelist sollen nicht hindern ader engen. Geschee auch, des Got nicht wolle verhengen, das das Sloß von Gewalt ader von Vnglück wurde verloren, so sollen sie sich halten an die Dorff und Gult des vorgenant Sloß, biß das Sloß wider an den Stifft kume, so mogen wir, ader vnser Stifft das widerkeuffen vmb die tusent Marck Pfening. Also fere tun auch sie eynchen Buwe an das Teyl des Sloß, darzu sollen sie nemen vnser

Frunde

